

Meyer. Q. Aurelii Symmachi Relations. 1872


VE RI
TAS



AURELII SYMMACHI

RELATIONES.

RECENSUIT

GULIELMUS MEYER

SPIRENSIS.



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI

MDCCCLXXII.

Neuester Verlag
von
B. G. TEUBNER IN LEIPZIG.
1872. I. II.

Acta societatis philologae Lipsiensis edidit Fridericus Ritschelius. Tomi primi fasc. II. [VIII u. S. 183—414.] gr. 8. geh. n. 1 Thlr. 14 Ngr.

Inhalt: VII Quaestiones Sallustianae maxime ad librum Vaticanum 3864 spectantes: scripsit Alfredus Weinhold Dresdensis. — XVIII De incisionibus anapaesti in trimetro comico Graecorum: scripsit Curtius Bernhardi Lipsiensis (nunc Zittaviensis). — IX Observationes criticae in Dionysii Halicarnassensis Antiquitates Romanas: scripsit Carolus Iacoby Borussus Memelensis (nunc Dresdensis). — X Die Handschriften von Claudian's Raptus Proserpinae: von Ludwig Jeep aus Wolfenbüttel (jetzt in Leipzig). — XI Miscella critica ad Aeschylum, Euripidem, Mimnermum, Thucydidem, Ciceronem, Livium, Tacitum spectantia: scripserunt Otto Sievers Brunsvicensis, Iustus Sigismund Lipsiensis, Walterus Gilbert Dresdensis et F. R., Carolus Brugmann Mattiacus, Theodorus Forssmann Archangelopolites, Ludovicus Mendelssohn Oldenburgensis, Edmundus Lammert Thuringus Sondershusanus, Theodorus Opitz Dresdensis, Ernestus Wezel Saxo Limbacensis, eques crucis ferreae.

Aeschinis in Ctesiphontem oratio. Recensuit explicavit Andreas Weidner. [XL u. 211 S.] gr. 8. geh. 1 Thlr. 6 Ngr.

Zur Bibliotheca Graeca curantibus Fr. Jacobs et Val. Chr. Fr. Rost.

Boeckh's, August, gesammelte kleine Schriften. VI. Band. Akademische Abhandlungen, vorgetragen in den Jahren 1836 bis 1858 in der Akademie der Wissenschaften zu Berlin. Nebst einem Anhange, epigraphische Abhandlungen aus Zeitschriften enthaltend. [VIII u. 469 S. und 14 Tafeln.] gr. 8. geh. n. 4 Thlr.

Boehme, Dr. **Gottfried,** Professor und Prorector am Gymnasium zu Dortmund, Aufgaben zum Uebersetzen ins Griechische. Für die oberen Klassen der Gymnasien. Vierte verbesserte Auflage. [XII u. 307 S.] gr. 8. geh. 24 Ngr.

Eine den Gebrauch erleichternde schriftliche Mittheilung wird Lehrern, welche sich desfalls direct an die Verlagshandlung wenden, pr. Post franco zugesandt. Buchhändlerische Vermittelung ist durchaus ausgeschlossen.

Brambach, Wilh., Hülfsbüchlein für lateinische Rechtschreibung. [VIII u. 66 S.] gr. 8. geh. 7½ Ngr.

— Handweiser der lateinischen Rechtschreibung. (Auszug aus dem „Hülfsbüchlein für lateinische Rechtschreibung".) [4 S.] gr. 8. 25 Exemplare 10 Ngr., 50 Exemplare 18 Ngr., 100 Exemplare 1 Thlr.

Die in den unteren und mittleren Classen der Gymnasien häufiger vorkommenden und oft falsch geschriebenen lateinischen Wörter sind hier in der richtigen Schreibweise für die Hand der Schüler zusammengestellt.

Draeger, Dr. **A.,** Director des Gymnasiums zu Friedland i. M., historische Syntax der lateinischen Sprache. Erster Theil: Gebrauch der Redetheile. [XXVI u. 146 S.] gr. 8. geh. n. 24 Ngr.

Das Buch wird 4 Theile umfassen: I. Gebrauch der Redetheile. II. Der einfache Satz. III. Die Coordination. IV. Die Subordination.

Q. AURELII SYMMACHI

RELATIONES.

RECENSUIT

GULIELMUS MEYER


SPIRENSIS



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXII.



LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

UNIUERSITATI MONACENSI

QUATTUOR SAECULA FELICITER TRANSACTA

GRATULATUR

GULIELMUS MEYER.

PRAEFATIO.

Symmachi epistulae ab amplius ducentis annis non sunt editae et uulgatae editiones scatent uitiis. uulgo quidem prae summis auctoribus Graecis et Romanis contemnuntur auctoritate inferiores et qui eis dant operam philologi. at in illis libris re iam eo deducta ut uix quidquam uere emendetur, cum tamen nobilissimum quemque scriptorem innumeris coniecturis uideas discerpi obruiue, doleas necesse est, non sine aliquo dedecore ceterorum philologorum, quia haec ars nugatoria est, non critica, perire multorum hominum studia atque labores. in his libris cum multi loci ualde corrupti sint, rerum scriptores theologi iuris periti ceteri, quibus opus sunt, suo iure poscunt, ut philologi quod ipsorum est faciant. ergo et sanum et utile et, quod haud pauca possunt uere corrigi, dulce habui uersari in recognoscendis epistulis Symmachi.

Inter eas grauitate argumentorum litterae excellunt, quas Symmachus, dum a. 384 (et fort. 385) p. Ch. fungitur praefectura urbana, ad imperatores Ualentinianum Theodosium et Arcadium misit. quas cum Gelenius florilegio Symmachiano quasi alterum librum addidisset, decimo epistularum libro adiunxit Juretus non codicum secutus auctoritatem, sed ut uidetur Plinii ordinem epistularum. num iungendae sint cum corpore epistularum incertum est: certum et argumentis ipsis et auctoritate codicis Tegernseeensis *relationum* eis nomen adsignandum esse. has relationes editurus libros manu scriptos cum circumspicerem, neque post Gelenium ullum editorem co-

dice usum esse cognoui neque ipsi contigit ut praeter Tegernseeensem alios inuestigarem. quo factum est, ut subsidia, quibus nouam editionem pararem, haec praesto essent: codex Tegernseeensis, libri typis expressi, a uiris doctis quaedam de Symmacho scripta.

Et codex **T** quidem inter Tegernseeenses no. 787, inter Monacenses Latinos no. 18787 in 4⁰ s. XI 320 pagg., continet p. 2—57 Symmachi relationes, quas sequuntur Ciceronis orationes Philippicae. p. 1 manus s. XVI scripsit: 'Symachus patritius ac Senator Romanus. orator et philosophus insignissimus. urbis Romae praefectus.' deinde 'Symachi philosophi et Romae urbis praefecti epistolae et relationes ad Romani imperii imperatores'. alia manus s. XV 'Symmachus. ita scribitur'. in summa margine paginarum 2—9, 16 et 17 manus prima s. XI haec scripsit: p. 2: *q. aur̄. simmachi uc̄. de praefectura sibi delata. & idolatria defendenda.* pp. 3—7: *q. aur̄. symmachi (simmachi) uc̄. relatio de idolatria defendenda.* p. 8: *q. aur̄. symmachi uc̄. de remouenda carruca.* p. 9: *q. aur̄. symmachi relatio.* p. 16: *q. aur̄. symmachi. uc̄. Relationes.* p. 17: *q. aur̄. symmachi uc̄. Relatio.* lectiones discrepantes omnes adscripsi praeter has: semper scriptum est *michi nichil (nil 3, 2) nichilo (nichilum* 25, 3*)*; saepissime ac uel ę pro e: *praecatur* 12, 2 *p̄cari* 13, 2. 19, 10 34, 13 *p̄ces* 19, 6. 8. 33, 3. 35, 3. 41, 6 *p̄catio* 48, 2 *p̄catoribus* 48, 3 *p̄cia* 15, 2 *repręhendo* 3, 10 *rep̄hensio* 21, 4 *depręhendo* 25, 3 *dep̄hendo* 26, 5. 34, 7 *comp̄hendo* 19, 8. 21, 6. *quęstus* 38, 1 *quęrela* 14, 1. 23, 5. 6. 13. 31, 3. 33, 2 *quęrimonia* 23, 14. 29, 2. 48, 1 *cęteri* 6, 2. 8, 2. 9, 2 *ęditio* 8, 1. 2. *caelebrem* 11 *cęlebrat* 9, 4 *ęquorum* 9, 3 *ęquestribus* 9, 4 *pęcunię* 14, 2. 41, 4 *interprętatio* 41, 1 *interp̄tari* 30, 4 *p̄meretur* 34, 2 *eiusquę* 38, 1 *sęcundus* 40, 2 (saepissime hoc uerbum compendio scriptum est) saepissime e pro ae: *prediorum* 28, 3 *presto* 30, 4. 40, 6 *prestare* 3, 11. 20 *precepta* 5, 3 *prerogatiua* 27, 3 *prescriptio* 28, 3. 32, 2 *pr&ereo* 9, 5. 37, 4 *quero* 12, 1. 48, 2 *questio* 28, 8. 33, 3 *quesitorem* 38, 2 *questoria* 20, 2

questus 30, 1 *queso* 31, 3. 34, 10. 40, 6 *patrie* 3, 9 *longeua* 3, 9 *ledimus* 3, 14 *emuletur* 5, 2 *letitiam* 9, 7 *indecore* 12, 3 *celesti* 12, 4 *perfide* 13, 3 *estimo* 19, 4. 25, 2. 26, 4 *coniuncte* 19, 10 *emuli* 21, 5 *rome* 23, 1 *edes* 23, 8. 10 *sepe* 26, 1 *cohereo* 31, 4. 32, 4. 34, 5. 37, 3

c · pro t: *lęticia* 6, 2 *inperciendis* 7, 1 *pacientiam* 23, 4 *fatiat* 3, 3 denique *quid* compendio qd (quod) scriptum est 11, 1. 21, 1. 5. 6. 24, 1

Sigismundus Gelenius, qui relationes primus edidit, in praefatione 'nuper', inquit, 'Martinus Lipsius, uir spectatae iam diligentiae in euoluendis et ad pristinam saliuam regustandis ueterum commentatorum deliciis ut Augustino prius et non ita dudum Hilario misit Symmachum'. post alia 'meam operam non memorabo, tametsi aliquid etiam praestitimus. quod ad titulos attinet, uidentur interdum parum integri, opinor quod rubrica scripti fuerint, quae solet facilius quam atramentum senio defluere'. itaque ignoramus, et quo codice usus sit, et item ut in Ammiani editione quae lectiones ipsius ingenio quae codici debeantur. ego censeo codicem ei praesto fuisse ab homine quodam illius aetatis ex Tegernseeensi neglegenter descriptum. quo ille ita usus est, ut nonnulla sagaciter emendaret, quaedam audacius mutaret. ceteri editores, (de quibus conferas Susiana,) ad emendandas relationes codicem non nacti pendent de Gelenio. antecellunt reliquis *Lectius*, cuius in secunda editione multa optime emendata sunt, et *Jurctus*, qui secundam editionem doctissimis commentariis instruxit.

Ex hominibus doctis *Jacobum Gothofredum* Symmachi fuisse studiosissimum documento sunt diuini commentarii in codicem Theodosianum compositi. deinde nonnulla optime correxit *Suse* Hamburgensis. relationem denique undeuicesimam et duodetricesimam egregie commentatus est *M. A. v. Bethmann-Hollweg* uir excellentissimus.

Quod ad meam operam pertinet, profiteor: grammaticam doceo, non ius respondeo. itaque codicem T diligenter contuli atque omnes lectiones discrepantes exscripsi; deinde edi-

tionis Gelenii protuli omnes lectiones discrepantes, ceterarum excerpsi plerasque, iis quae ex turpi neglegentia ortae sunt omissis; tum descripsi relationes in paragraphos; postremo in uerbis emendandis ita uersatus sum, ut pauca uere corrigere quam ambitiose multa mutare mallem. *Ambrosii* relationes, quibus relationem Symmachi tertiam refutabat, additurus eram libello. sed rebus angustis quo minus excuterem nouos codices exclusus, hoc consilium ut alia quae moliebatur feruida iuuentus deposui. sic in recensendis Symmachi relationibus efficiebam quae erant hominis philologi. in eis, quae ad ius Romanum et ad munera magistratuum pertinent, mihi non satisfeci. restat ut harum rerum periti suo munere fungantur. inprimis si quis, qua ratione Bethmann-Hollweg duas relationes commentatus est, eadem exponet omnes, optime de Symmacho merebitur.

Scripsi Baruthi mense Junio a. 1872.

Gulielmus Meyer.

SYMMACHI RELATIONES.

Siglorum index.

T codex Tegernseeensis s. XI = cod. lat. Monacensis 18787.
Gel. Epistolarum Symmachi libri duo. Froben. Basileae a. 1549. curante Sigismundo Gelenio.
Jur. 1. Symmachi epistolarum libri decem ed. Franc. Juretus. Parisiis a. 1580.
Lect. 1. 2. 3. Symmachi epistolae ed. Jac. Lectius apud Eustathium Vignon a. 1587. 1598. 1601.
Jur. 2. Symmachi epistolae ed. Franc. Juretus. Parisiis a. 1604.
Sciop. Symmachi epistolae ed. Gaspar Scioppius. Moguntiaci a. 1608.
Par. Symmachi epistolae ed. Phil. Pareus. Neapoli Nemetum a. 1617 et saepius.
Wing. Symmachi epistolae. Lugd. Batauorum imprimi fecit Gerh. Wingendorp a. 1653.
Suse cf. Susiana ad Symmachum ed. J. Gurlittus. Hamburgi a. 1816, 17, 18.
edd. editiones omnes, quarum lectiones editione Gelenii nituntur.
sqq. sequentes editiones.
Goth. codex Theodosianus cum commentariis Jac. Gothofredi ed. Ritter.

RELATIO 1.

DN. Ualentiniano semper Aug. Symmachus u. c. praefectus urbis.

Quieto mihi et iam pridem a desideriis honorum remoto
praefecturam multis cupitam sponte tribuistis. ago gratias
tot bonorum ergo principum uoluntati. sed intellego, quanto
plus sollicitudinis habeat magistratus qui ex iudicio, quam
qui ex gratia uenit. ille enim ut meritis datus spem sui
debet aequare: iste ut per beneficium quaesitus a periculo
spectationis alienus est, domine imperator. quis ergo me 2
huic honori parem faciet? scilicet uestra clementia, cuius
interest, ne temere existimer electus. mihi ad conscientiam
satis est non affectasse publicam curam. iam qualis inueniar,
in manu temporum est. bonos enim magistratus fauor prin-
cipum facit, semperque de moribus uestris uirtutes iudicum
fluunt. facite, ut omnes intellegant, si forte desit rectori- 3
bus integer uigor et iusta conscientia, hominis culpam esse
non saeculi. non sum uoti immodicus, cum honorem meum
commendo auctoribus suis. quantum est enim, quod ego
numini uestro ago gratias? facite, ut uobis etiam res publica
pro me grata sit.

RELATIO 2.

DDNN. Theodosio et Arcadio semper Augg. Symmachus praefectus urbis.

Olim me, ut res indicat, cogitationes numinis uestri secundo fauore respiciunt. neque enim aliter imperatoribus

---

rel. 1. Jur. 15. Par. 22. DE PRAEFECTVRA SIBI DELATA T; *et hanc et ceteras eiusdem generis inscriptiones, quarum ultimam rel. 35 praefert, omiserunt edd. de titulis imperatorum cf. epilogum.* 2 simmachus T 6 ergo (= gratia) *nos:* erga T, circa me *edd.* 7 habeant T 9 iste *edd.*: ılle T 10 praestationis *Gruter apud Lect. 2. Par. Wing.* domını ımperatores T 11 honorı T: oneri *edd.* cuius ·ʒ. ınterest (? etiam) T 12 tımere T electus existimer *edd.* 20 res.p. T

rel. 2. Jur. 16. Par. 23. DE PREFECTVRA SIBI DELATA T

DDNN. Theodosio et Arcadio semper Augg. *nos*: DN̄. theodosıo semper aug̃· T *edd.* sımmachus p̄f T

nihil temere praestantibus inter primos aut primus occurre-
rem. dilatus ergo hactenus mihi cum re publica uideor, quae
ubi in longinquas imperii partes maiestatis uestrae curam
uocauit, repperit apud nos meditata iudicia, domini impera-
2 tores Augg. est igitur, ut aeternitati uestrae pro solo honore,
quem cepi, gratias agam. praefectos saepe fecistis et in-
mensa aetate facietis, sed quos adsiduitas et usus ingesserit.
me dudum proconsularem uirum, cedentem iam diu poten-
tium moribus, ante capere magistratum quam expectare
uoluistis. nunc uos oro atque obsecro, ut fauore perpetuo
factum uestrum iuuetis. amabile est praeesse ciuibus, sed
placere difficile. † multum enim sibi et inter cognitos sem-
3 per dura constantia est. quid, quod plerumque euenit, ut
aliqui longo potentiae usu iam nesciant honorem meum?
non deseruerint, qui dederunt. ego enitar, ut potero, ne
clementiam uestram fefellisse de me prior fama uideatur:
uestri numinis erit communem causam tueri. nam in bonis
magistratibus maiorem gloriam quaerit temporum fama quam
iudicum.

RELATIO 3.

DDDNNN. Ualentiniano Theodosio et Arcadio semper Auggg. Symmachus u. c. praefectus urbis.

Ubi primum senatus amplissimus semperque uester subiecta legibus uitia cognouit et a principibus piis uidit purgari famam temporum proximorum, boni saeculi auctoritatem secutus euomuit diu pressum dolorem atque iterum me

---

1 occurerem **T** 2 ·r p· **T** 4 uocabit **T** 4 domini imperatores *nos:* dddnnn. imperatores **T**, D. Imperator *edd.* 5 aug· Est **T**: Angustum est *Gel.*, Augustum est *Jur. 1 sqq.*, aug. Justum est *Gruter*, Justum est *Par. Wing.* 5 solido *Jur. 2.* 6 coepi **T** 7 incessent **T** 10 nun **T** 11 iub&is **T** 12 sibi *om. edd.* ibi *uel* et inter cognitos sibi? *in ciuitate multum hoc est res difficilis est perpetuo amari cognitos, ignotos multo difficilior.* 14 longo *edd.:* longę **T** 15 deerunt **T** 17 numinis **T** *Lect. 2 sqq.*, nominis *Gel. sqq.* 19 iudicum *Lect. 2. 3. Par. Wing.:* iudicium **T** *ceteri.*

rel. 3. Gel. 40. Jur. 54. Par. 61. **G** = *codex Sanct-Gallen 94. s. IX. p. 99.* **Em.** *codex Monacensis Prudentii, cuius libro secundo aduersus Symmachum lemmata quaedam huius relationis inserta sunt.* INCIPIT RELATIO SYMMACHI PREFECTI URBIS ROME· **G** DE IDOLATRIA DEFENDENDA **T** DN. theodosio semper aug. symmachus· uč. p. u. **T** *om. titulum* **G** 23 senatū **G** subacta *Jur. 1. in margine, Jur. 2. sqq.* 25 proximorum temporum *edd.*

querelarum suarum iussit esse legatum. cui ideo diui prin-
cipis denegata est ab improbis audientia, quia non erat iustitia
defutura, dddnnn. imperatores. gemino igitur functus officio 2
et ut praefectus uester gesta publica persequor et ut legatus
ciuium mandata commendo. nulla est hic dissensio uolun-
tatum, quia iam credere homines desierunt aulicorum se
studia praestare, si discrepent. amari coli diligi maius
imperio est. quis ferat obfuisse rei publicae priuata certa-
mina? merito illos senatus insequitur, qui potentiam suam
famae principis praetulerunt. noster autem labor pro cle-
mentia uestra ducit excubias. cui enim magis commodat
quod instituta maiorum quod patriae iura et fata defendi-
mus quam temporum gloriae? quae tunc maior est, cum
uobis contra morem parentum intellegitis nil licere. repeti- 3
mus igitur religionum statum qui rei publicae diu profuit.
certe dinumerentur principes utriusque sectae utriusque
sententiae: pars eorum prior cerimonias patrum coluit, re-
centior non remouit. si exemplum non facit religio ueterum,
faciat dissimulatio proximorum. quis igitur ita familiaris
est barbaris, ut aram Uictoriae non requirat? cauti in
posterum sumus et aliarum rerum ostenta uitamus. redda-
tur saltem nomini honor, qui numini denegatus est. multa
Uictoriae debet aeternitas uestra et adhuc plura debebit.
auersentur hanc potestatem, quibus nihil profuit. uos amicum

1 querellarum **G** 2 deneganda **T** 3 DDD. Imperatores Valentiniane, Theodosi et Archadi inclyti uictores et triumphatores semper Auggg. *Gel. sqq. et* (dnĩ, inclyti, ac triumfatores, augusti) **G**, DDD. Imperatores *Jur. 2 sqq.* 4 prefectus **G** prosequor *edd.* **G** 5 nullus **G** 6 homines *om.* **G** 7 studia *Giselinus in marg. Jur. 1:* studio **T G** *edd.* p̄berestrare **T** prestare **G** maius: magis **T** *Ambros. rel. II:* haec est caritas maior imperio 8 ferat re obfuisse rei puplice **G** ·rp· **T** 10 fame **G** aut **T** 12 facta **G** 13 tu maior ē **G** tum est maior *edd.* 14 intelligitis **T** *hic*, intellegitis nil dicere **G** respeximus **T** 15 ·rp· **T** 16 dinumerentur **T**: numerentur *edd.* **G** 17 pars eorum prior **T**: proximus eorum *edd.* **G** *Ambros. rel. II fin.*: nam cum de superioribus principibus numerum (Symmachus) texuisset, quia prior eorum numerus ceremonias patrum coluit, recentior non remouit, addidisset etiam, 'si exemplum religio ueterum non facit, faciat dissimulatio proximorum', *etc.* 19 quis . . p. 6, 2 optandam *lemma apud Prudentium* igitur *om. edd.* **Em. G** 20 barbaris *om.* **T** (*habent* **Em. G**) 21 aliarum **T**: talium **Em. G** *Gel. sqq.*, tristium *Jur. 2. sqq.* uitamus *ex* uitemus *corr.* **Em.** 22 saltem **T** saltim **Em.**: tamen saltim **G** (saltem) *Gel. sqq.*, tantum *Jur. 2. sqq.* 23 dignitas *superscripto* aliter aeternitas **Em.** plura (**Em.**): pulchra **T** 24 auertentur **T G**, arceant *superscripto* auersentur alii non romani **Em.**

triumphis patrocinium nolite deserere. cunctis potentia
uotiua est ista. nemo colendam neget, quam profitetur optan-
4 dam. quod si huius ominis non esset iusta uitatio, ornamen-
tis saltem curiae decuit abstineri. praestate, oro uos, ut ea,
quae pueri suscepimus, senes posteris relinquamus. consue-
tudinis amor magnus est. merito diui Constantii factum diu
non stetit. omnia uobis exempla uitanda sunt, quae mox
remota didicistis. aeternitatem curamus famae et nominis
5 uestri, ne quid futura aetas inueniat corrigendum. ubi in
leges uestras et uerba iurabimus? qua religione mens falsa
terrebitur, ne in testimoniis mentiatur? omnia quidem deo
plena sunt nec ullus perfidis tutus est locus, sed plurimum
ualet ad metum delinquendi etiam praesentia numinis urgueri.
illa ara concordiam tenet omnium, illa ara fidem conuenit
singulorum, neque aliud magis auctoritatem facit sententiis,
quam quod omnia quasi iuratus ordo decernit. patebit ergo
sedes profana periuris et hoc inclyti principes mei probabile
6 iudicabunt, qui sacramento publico tuti sunt? sed diuus
Constantius idem fecisse dicetur. cetera potius illius princi-
pis aemulemur, qui nihil tale esset aggressus, si quis ante
se alius deuiasset. corrigit enim sequentem lapsus prioris
et de reprehensione antecedentis exempli nascitur emendatio.
fas fuit, ut parens ille clementiae uestrae in re adhuc noua
non caueret inuidiam. num potest etiam nobis eadem de-
fensio conuenire, si imitemur quod meminimus improbatum?

---

1 triumfis **G** 2 ista uotiua est **Em.** *edd.* **G** profitentur **T** 3 hominis *et* uitatio **T G** *et* (ominis) *codex quidam Jur. 1. Par. Wing.*: huius numinis . . usitatio *Gel.*, numinis . . curatio *Jur. 2. ex vetusto codice,* huius nominis . . instauratio *cod. quidam Jur. 1* 4 saltim ornamentis *Jur. 2. sqq.* saltim **G** prestate **G** 6 Constanti **G** Constantis *Jur. 2. sqq. et Goth. ad C. Th. 16, 10, 3.*, Constantini *uet. cod. Jur. 2.* '*Paulo post subiicitur* sed Diuus Constantius idem fecisse dicitur. *quod satis indicat priore loco nominasse alium imperatorem*'. *Haec Juretus. At mire non uidit, quae loco citato addantur* cetera potius illius principis aemulemur, qui nihil tale esset aggressus, si quis **ante se alius** deuiasset. 7 nobis **T** 8 numinis *Jur. 2. sqq.* fama&nominis **G**
10 iurauimus **G** falsa *loco deleti* uestra *corr.* **T** 11 adō **G**
13 numinis **T**: religionis *edd.* **G** 15 sententiis nostris *edd.* **G**
17 aperiuris **T**: periuriis *edd.* inclitì **G** mei om. *Jur. 2. sqq.*
19 dicitur *edd.* **G** 20 emulentur **T** adgressus **G** 22 et deprehensione **T** exemplum nascitur emendationis *Gelen. (? Giselinus) apud Jur. 1.* 23 fas: fors *Jur. 2. sqq.* 24 nunc **T** 25 imitetur **G** meminimus improbatum **T** *Jur. 1. marg.*: minimus inprobatum **G** animus improbat *edd.*

accipiat aeternitas uestra alia eiusdem principis facta, quae 7
in usum dignius trahat. nihil ille decerpsit sacrarum uirginum priuilegiis, decreuit nobilibus sacerdotia, Romanis cerimoniis non negauit inpensas et per omnes uias aeternae urbis laetum secutus senatum uidit placido ore delubra, uidit inscripta fastigiis deum nomina, percontatus templorum origines est, miratus est conditores, cumque alias religiones
sequeretur, has seruauit imperio. suus enim cuique mos, 8
suus ritus est. uarios custodes urbibus cultus mens diuina distribuit. ut animae nascentibus, ita populis fatales genii diuiduntur. accedit utilitas, quae maxime homini deos asserit. nam cum ratio omnis in operto sit, unde rectius quam de memoria atque documentis rerum secundarum cognitio uenit numinum? iam si longa aetas auctoritatem religionibus faciat, seruanda est tot saeculis fides, et sequendi sunt
nobis parentes, qui secuti sunt feliciter suos. Romam nunc 9
putemus assistere atque his uobiscum agere sermonibus: Optimi principum, patres patriae, reueremini annos meos, in quos me pius ritus adduxit; utar cerimoniis auitis; neque enim penitet. uiuam meo more, quia libera sum. hic cultus in leges meas orbem redegit, haec sacra Hannibalem a moenibus a Capitolio Senonas repulerunt. ad hoc ergo ser-
uata sum, ut longaeua reprehendar? uidero, quale sit, quod 10
instituendum putatur. sera autem et contumeliosa est emendatio senectutis. ergo diis patriis diis indigetibus pacem rogamus. aequum est, quicquid omnes colunt, unum putari. eadem spectamus astra, commune caelum est, idem nos mun-

2 nichil **T** nil *edd.* **G** 3 decreuit: repleuit *Jur. 1. marg.* **G** romanus **T** cęremoniis **G** 5 uidit inscripta **T**: legit inscripta *edd.* **G** 6 numina **G** percunctatus **G** 7 est *ante* templorum *posuerunt edd.* om. **G** religiones ipse sequeretur *edd.* **G** 8 suus . . 22 repulerunt *lemmata apud Prudentium* enim om. **Em.** 9 suus cuique ritus *edd. et Prud. codd. quidam*, suum cuique ius **Em.** suus *om.* **G** 9 urbibus cultus mens **T G**: urbibus mens **Em.**, urbibus cunctis mens *edd.* 10 nascentis **G** ingenii **T** *et* (in *deleto*) **G** 11 deos esse asserit **Em.** ds̆ adserit **G** 12 aperto **T** operato **G** 13 demo . . ria **G** conditio **T** 14 religionibus **T G**: religionis *Gel. sqq.* religioni *Jur. 2. sqq.* facit *Jur. 2. sqq.* 15 sęcilis **T** 16 nobis *om.* **Em.** feliciter secuti sunt **Em.** 17 putamus **T** 18 principes *edd. codd. Prud.* **G** 19 utar *codd. Prud.*: ut a **T**, ut utar *edd.* **G** cęremoniis auitis **G** 20 more meo *edd.* 22 reppulerunt **G** 23 uidero **T G** *Jur. 1. marg. Jur. 2. sqq.*, uideo *Gel. sqq.*, uideam *Jur. 1 marg.* quale sit *om.* **G** quid **G** 24 instituendum *edd.* **G**: constituendum **T** autem: tamen *edd.* **G** ęmendatio **G** 25 indigentibus **G** 26 aequum . . p. 8. 3 secretum *lemma in Prud. codd.*

dus inuoluit. quid interest, qua quisque prudentia uerum
requirat? uno itinere non potest perueniri ad tam grande
secretum. sed otiosorum disputatio est haec. nunc preces
11 non certamen afferimus. quanto commodo sacri aerarii uestri
Uestalium uirginum praerogatiua detracta est? sub largissi-
mis imperatoribus denegetur, quod parcissimi praestiterunt.
honor solus est in illo ueluti stipendio castitatis. Ut uittae
earum capiti decus faciunt, ita insigne ducitur sacerdotii
uacare muneribus. nudum quoddam nomen inmunitatis re-
quirunt, quoniam paupertate a dispendio tutae sunt. itaque
amplius laudi earum tribuunt, qui aliquid rei detrahunt.
siquidem saluti publicae dicata uirginitas crescit merito, cum
12 caret praemio. absint ab aerarii uestri puritate ista compen-
dia. fiscus bonorum principum non sacerdotum dampnis,
sed hostium spoliis augeatur. illud tenue lucrum conpensat
inuidiam? atqui auaritia in mores uestros non cadit. hoc
miseriores sunt, quibus subsidia uetera decerpta sunt. etenim
sub imperatoribus, qui alieno abstinent, quia resistunt cupi-
ditati, ad solam detrahitur amittentis iniuriam, quod desi-
13 derium non mouet auferentis. agros etiam uirginibus et mi-
nistris deficientium uoluntate legatos fiscus retentat. oro uos,
iustitiae sacerdotes, ut urbis uestrae sacris reddatur priuata
successio. dictent testamenta securi et sciant sub princi-
pibus non auaris stabile esse, quod scripserint. delectet
uos ista felicitas generis humani. coepit causae huius exem-
plum sollicitare morientes. ergo Romanae religiones ad Ro-
mana iura non pertinent? quod nomen accipiet ablatio facul-
14 tatum, quas nulla lex nullus casus fecit caducas? capiunt
legata liberti, seruis testamentorum iusta commoda non ne-

---

2 requırat **T G** Em.: inquirat *edd.* 3 haec *ante* ociosorum *edd.* **G** 4 certamina *edd.* **G** afferrımus **T**, offerimus *edd.* **G** quanto . . 9 muneribus *lemma in Prud. codd.* sacri *om. codd. Prud.* 6 denegatur *edd. Prud. codd.* **G** 7 uelut *edd. Prud. codd.* **G** uıtę **T G** 8 ınsıgnę **G** dıcıtur **T** sacerdotıı *codd. Prud. Jur. 2. sqq.*: sacerdotı **T**, sacrificii **G** *Gel. sqq.* 9 quodammodo nomen *edd.* **G** requırıuntur **T** 10 a *om.* **T** 12 publıce **G** 13 ęrarııs **G** ıta conpendıa **G** 14 damnıs **G** 15 illud tenue *nos:* ıllud tene **T**, ullumne *edd.* **G** 16 inuidia *Gel. Jur. 1. Lect.* **G** adquı **T**, at quia *Jur. 2. Sciop.*, et quia **G** *cod. Vat. et Bertin. Scioppii Par. Wing.* uestros mores *edd.* 18 quia: qui *edd.* **G** 19 admıttentıs **T** 21 legato **T** legatus **G** retentatur **T** 24 scripserunt *Gel. Jur. 1. Lect.* 26 relıgıone sub **G** religiones sub *Jur. 2. sqq.* 27 oblatıo **T** 29 lıberq; **T** lıgata lıbertıs **G**

gantur. tantum nobiles uirgines et fatalium sacrorum ministri
excludentur praediis hereditate quaesitis? quid iuuat saluti
publicae castum corpus dicare et imperii aeternitatem cae-
lestibus fulcire praesidiis, armis uestris aquilis uestris amicas
applicare uirtutes, pro omnibus efficacia uota suscipere, et
ius cum omnibus non habere? itane melior est seruitus,
quae hominibus impenditur? rem publicam laedimus, cui
numquam expediit, ut ingrata sit. nemo me putet tueri solam 15
causam religionum. ex huiusmodi facinoribus orta sunt cuncta
Romani generis incommoda. honorauerat lex parentum Uestales
uirgines ac ministros deorum uictu modico iustisque priui-
legiis. stetit muneris huius integritas usque ad degeneres
trapezitas, qui ad mercedem uilium baiulorum sacra castitatis
alimenta uerterunt. secuta est hoc factum fames publica et
spem prouinciarum omnium messis aegra decepit. non sunt 16
haec uitia terrarum, nihil imputemus austris. nec rubigo
segetibus obfuit, nec auena fruges necauit. sacrilegio annus
exaruit. necesse enim fuit perire hominibus, quod religio-
nibus negabatur. certe si est huius mali aliquod exemplum,
imputemus tantam famem uicibus annorum. grauis hanc ste-
rilitatem causa contraxit. siluestribus arbustis uita producitur
et rursus ad Dodonaeas arbores plebis rusticae inopia conuo-
lauit. quid tale prouinciae pertulerunt, cum religionum mi- 17
nistros honor publicus pasceret? quando in usum hominum
concussa quercus, quando uulsae sunt herbarum radices,
quando alternos regionum defectus deseruit fecunditas mutua,

---

2 excluduntur *edd.* **G** praesidiis **T** prediis *et* quesitis **G** qui **G** 5 adpublicare **G** efficatia **G** 6 itane . . impenditur *in marg.* **T** itaque **G** *cod. Vat. Bertin. Scioppii Par. Wing.* 7 impeditur **G** rp· **T** 8 expedit *edd.* **G** nemo — 19 negabatur *lemma in Prud. codd.* pudet **T** tueri *post* religionum *edd.* **G** 10 Romani **T G** *quidam codd. Prud. Gel. Lect.:* humani **Em.** *cod. Jur. 1. Jur. 2. sqq.* honerauerat **T** 11 uictũ **G** 12 degeneras **G** 13 sacra **T** *codd. quidam Prud.:* sacrae **G Em.** *edd.* 14 hoc factum **T G**: factum *om. codd. Prud.,* hoc factum *om. Jur. 2. sqq.* 15 prouintiarum **T G** 16 imputemus **T Em.**: imputamus *edd. Prud. codd.* **G** austris **T** *Prud. codd.*: astris **Em.** *edd.* **G** 17 abena **T** fruges *ex* frugibus *corr.* **G** necuit **Em.** negauit **G** 18 hominibus *Jur. 1. coniecit ad epp. II. 7:* omnibus *ceteri* 20 famam **G** 21 sterelitatem **G** causa **T**: aura edd. **G** constrinxit *'alias' apud Jur. 1. Jur. 2. sqq.* 22 adidoneas **T** addoneas **G** conualuit **T** 23 quid . . 24 pasceret *lemma in codd. Prud.* prouintiae **T G Em.** *Gel. sqq.:* proaui *codd. quidam Prud. Jur. 2. sqq.,* patrui *cod. Jur. 2.* pertulerunt. **Explicit. G** 24 usus *edd.*

cum populo et uirginibus sacris communis esset annona?
commendabat enim terrarum prouentum uictus antistitum
et remedium magis quam largitas erat. an dubium est, semper
pro copia omnium datum, quod nunc inopia omnium uindi-
18 cauit? dicet aliquis sumptum publicum denegatum alienae
religionis impendiis. absit a bonis principibus ista sententia,
ut, quod olim de communi quibusdam tributum est, in iure
fisci esse uideatur. nam cum res publica de singulis constet,
quod ab ea proficiscitur, fit rursus proprium singulorum.
omnia regitis, sed suum cuique seruatis, plusque apud uos
iustitia quam licentia ualet. consulite certe munificentiam
uestram, an adhuc publica uelit existimari quae in alios
transtulistis. semel honori urbis delata compendia desinunt
esse tribuentium, et quod a principio beneficium fuit usu
19 atque aetate fit debitum. inanem igitur metum diuino animo
uestro temptat incutere, si quis asserit conscientiam uos
habere praebentium, nisi detrahentium subieritis inuidiam.
faueant clementiae uestrae sectarum omnium arcana praesidia
et haec maxime, quae maiores uestros aliquando iuuerunt,
uos defendant, a nobis colantur. eum religionum statum
petimus, qui diuo parenti numinis uestri seruauit imperium,
20 qui fortunato principi legitimos suffecit heredes. spectat senior
ille diuus ex arce siderea lacrimas sacerdotum et se cul-
patum putat more uiolato, quem libenter ipse seruauit. prae-
state etiam diuo fratri uestro alieni consilii correctionem,
tegite factum, quod senatui displicuisse nesciuit. siquidem
constat ideo exclusam legationem, ne ad eum iudicium publi-
cum perueniret. pro existimatione est temporum superiorum,
ut non dubitetis abolere, quod probandum est principis non
fuisse.

---

2 prouentus *edd.* 5 aligenae T 7 olim *om. edd.* 8 rp· T 10 sed: si *Gel. Jur. 1. Lect.* 12 adhuc T: haec *edd.* 17 trahentium T 18 archana T 21 numinis T: culminis *edd.* seruabit T 22 *cf. C. Th. 9, 16, 9 et ibidem Goth.* syderea T 24 seruabit T 28 p existimatione T (pro) *Sciop. sqq.*: aestimatione *Gel. sqq.*

RELATIO 4.

DDDNNN. Ualentiniano Theodosio et Arcadio semper Auggg. Symmachus u. c. praefectus urbis.

Quod apud germanum clementiae uestrae diuum princi-
pem non sileremus, si eo res Romana frueretur, custodibus
famae eius insinuo ea deuotione, qua praefectum uestrum
decet fidem praeferre blanditiis, domini imperatores. falso
creditum est, quod urbanae fastigium potestatis peregrini
ac superbi *vehiculi* usus attolleret. haec ratio sola nouum
statutum benigno tunc persuasit ingenio, ut ueterem magi-
stratum diues pompa gestaret. recusat istius modi decus honor 2
sobrius, quem numquam penitet sui. cui si quid patimur
accedere, fatemur hactenus defuisse. itaque oculi quaerunt
ciuitatis priuati uehiculi nobilem modum et degenerem prae-
fecturam populus Romanus existimat. absit ut moderator
urbis liberae atque ideo deuotae tamquam Salmoneus Elius
inuehatur. nihil miramur externa miracula. irritamentum 3
superbiae Roma uestra non patitur memor scilicet bonorum
parentum, quos Tarquinii fastus et ipsius Camilli currus
offendit. nam tanto illi uiro albentes quadrigae exilium triste
pepererunt. at contra Publicolae decus tribuit inclinatio
potestatis. summisit enim contioni ciuium consularem secu-
rem et honoris sui culmen infregit, ut libertatem ciuitatis
erigeret. ergo moribus potius quam insignibus aestimemur.
non culpamus nouum beneficium, sed bona nostra praeferi-
mus. Summouete. . . .

---

rel. 4. Gel. 3. Jur. 17. Par. 24. DE REMOVENDA CARRVCA T DDDNNN. Ualentiniano Theodosio et Arcadio semper Auggg. *nos:* DN. Theodosio semper aug̃. T *edd.* 7 dominı ımperatores T: D. Imperator *edd.* 9 uehiculi *om.* T *fort. recte, si* attollerent *scribas.* haec enim ratio *edd.* 14 ciuitatis quaerunt *edd.* nouılem T 15 existimat: quac posteriora traxit exempla. absit *edd. ex manifesta interpolatione.* modera T 16 atque adeo *Lect. 2. 3. Par. Wing.,* atque deo *manusc. Wouerani apud Lect. 2.* salmuneus ęlyus T: Salmoneus alius *edd.* 17 moramur *edd. fort. recte* 18 superuıae T 19 tarquınıus T Carnilli *Gel.* 21 pepererunt. Summisit Publicola concioni *edd. omissis ceteris* 22 securem *sic* T , 25 nostra: uetera *Lect. 2. Par. Wing.* 26 summouete *hic sine interpunctionis signo in fine lineae et paginae relatio finitur in* T, *addiderunt edd.:* uehiculum, cuius cultus insignior est: illud malumus, cuius usus antiquior.

RELATIO 5.

DDDNNN. Ualentiniano Theodosio et Arcadio semper Auggg. Symmachus u. c. praefectus urbis.

Inter praecipua negotiorum saepe curatum est, ut erudiendis nobilibus philosophi praeceptores ex Attica poscerentur. itaque nonnullos ius et auctoritas publica in usum nostrae urbis acciuit, domini imperatores. Nunc uestri saeculi bonitas ultro optimatem sapientiae Romanis gymnasiis arrogauit. siquidem Celsus ortus Archetimo patre, quem memoria literatorum Aristoteli subparem fuisse consentit, iuuentuti nostrae magisterium bonarum artium pollicetur, nullum quaestum professionis affectans atque ideo dignus in amplissimum ordinem cooptari, ut animum uitiis auaritiae liberum dignitatis praemio muneremur. sunt huius rei exempla nobilia, quae prudens aemuletur imitatio. nam et Carneaden Cyrenaeum et Poenum Clitomachum Atheniensis curia societate dignata est; itidem ut nostri Zaleucum legum Lo-
3 crensium conditorem ciuitate donarunt. Dignum est igitur aeternitate numinis uestri, Celsum genere eruditione uoluntate laudabilem adiudicare nobilibus pignore dignitatis cum praerogatiua scilicet consulari, ne sumptum eius magis quam magisterium quaesisse uideamur non sine auaritiae nota, si ab eo munia publica postulemus, qui spondet gratuita praecepta.

RELATIO 6.

DDNN. Theodosio et Arcadio semper Augg.
Symmachus u. c. praefectus urbis.

Praecipua quidem beneficia numinis uestri populus Romanus exspectat, domini imperatores. sed ea iam quasi de-

---

rel. 5. Gel. 4. Jur. 18. Par. 25 DE PREBENDIS ANNONIS CELSO PHILOSOPHO **T** DDDNNN. Ualentiniano Theodosio et Arcadio semper auggg. *nos:* DN. Theodosio semper aug̃. **T** *edd.* 5 phylosophi **T** 6 nonnullo **T** 7 accipit **T** accepit *edd.* acciuit *nos. antea* ius et auctoritas publica *i. e. Princeps uel magistratus poposcit*, nunc ultro *se offert philosophus.* domine Imperator *edd.* 8 gynasus **T** 9 arcetimo **T** 10 litterarum *edd.* consendit (s *ex* t *corr.*) **T** 11 iuuenti **T** 13 coaptari **T** 15 cerne aden cyreneum **T** 16 Clytumachum **T**, Clytomachum *edd.* 23 munia publica munia **T**
rel. 6. Gel. 5. Jur. 19. Par. 26. DE MITTENDIS SCENICIS AD URBEM **T** DD. *edd.* Archadio **T** *edd.* Symmachus u. c. praefectus urbis *om.* **T** 29 DD. *edd.*

bita repetit, quae aeternitas uestra sponte promisit, non quod
sibi tribuenda diffidat — nusquam enim maior *spes* est quam
in bonorum principum sponsione — uerum ne existimetur
oblata fastidiose sperare, nisi instanter exegerit. orat igitur 2
clementiam uestram, ut post illa subsidia, quae uictui nostro
largitas uestra praestabit, etiam curules ac scenicas uolupta-
tes circo et Pompeianae caueae suggeratis. his enim gaudet
urbana laetitia, cuius desiderium pollicitatione mouistis. ex-
pectantur cotidie nuntii, qui propinquare urbi munera pro-
missa confirment. aurigarum et equorum fama colligitur;
omne uehiculum omne nauigium scenicos artifices aduexisse
iactatur. et tamen amor perennitatis uestrae acuit desideria
plebis, non cupiditas ludicrorum. date igitur interim, quae
petuntur, ut sit locus ceteris, quae sine fine tribuetis.

RELATIO 7.

DDNN. Theodosio et Arcadio semper Augg.
Symmachus praefectus urbis et u. c.

Kalendas anni auspices, quibus mensium recursus aperi-
tur, inpertiendis strenis dicauit antiquitas, domini imperato-
res Theodosi et Arcadi inclyti uictores semper Augusti.
huius instituti usum munificentiae festinatione praeuertitis,
seram putantes liberalitatem, quae statutis temporibus admo-
uetur. felix me hercule saeculum, quo principes cohibere
diu nesciunt tribuenda deuotis, cum sibi debita cunctentur
exigere. quid ergo primum, quid potissimum praedicem? 2
promptam numinis uestri et celerem largitatem an circa ab-
sentes memorem diligentiam an quod sacrum munus auxistis
honore uerborum? dicam, ut res est, curasse clementiam
uestram, ut tamquam coram locatus et alloquiis principum
fruerer et augusta in ipsis donis ora uenerarer. quando
mihi eueniat expressa potius et uiua gaudia capere de uobis?

---

2 spes *om.* T, maior fides quam *nos* 6 praestauit *Mercerus*
9 nuncii G 10 aequorum T 12 perhennitatis T
rel. 7. Gel. 6. Jur. 20. Par. 27. DE STRENIS MISSIS T
DD. *edd.* Archadio T *edd.* 17 et u. c. *om. edd.* 18 mensuum T
cf. 39, 3 et Neue Lat. Formenlehre I p. 265 et Eyssenhardt ante Ammianum p. IX. 19 dicabit T DD. *edd.* 20 Archadi T *edd.* incliti T
22 statis *edd.* ammonetur *Gel. Jur. 1. Lect. 1.* 24 deuita T
25 quod potissimum T 26 promptamne *edd.* 28 dictam T 29 locutus T 31 eueniat T: continget *edd.*

quantum ueritatis est bonum, cuius species et imago mira-
3 bilis est! ago igitur atque habeo gratias et meam uicem,
qui soluendo non sum, caelestibus delego uirtutibus. illae
clementiam uestram dignis processibus munerentur. nos coli-
mus, nos amamus, quod scitis omnibus rebus esse prae-
stantius. qui ideo salutariter rem publicam regitis, ut haec
sola mereamini.

RELATIO 8.

DDNN. Theodosio et Arcadio semper Augg.
Symmachus u. c. praefectus urbis.

Omnium beneficiorum, quae tribuit potior fortuna sub-
iectis, certa sunt tempora, domini imperatores. solae leges,
quae in bonum commune procedunt, numquam patiuntur
occasum. agit igitur diuinis sanctionibus uestris gratias ordo
reuerendus etiam nomine posterorum, quibus res publica emen-
data tradetur. nam cum foeda iactatio senatorias functiones
grauibus inpendiis obruisset, moribus et sumptibus nostris
sanitatem ueterem reddidistis, ne aut impares facultate col-
legas tenuis decoloraret editio aut per uerecundiam uiribus
2 maiora conatos effusio inconsulta demergeret. eiusdem prae-
terea orationis salubritate uetus dicendarum sententiarum
forma reparata est, ne summum cuique decernendi locum
non ratio munerum sed bonorum fortuna praestaret, atque
id assensio ceterorum uel inuita sequeretur, quod ante omnes
felicior censuisset. credimus igitur his remotis ad regnum
suum redisse uirtutes: in editionibus parsimonia, in senatu
ordo retinebitur, nec se ostentabit opulentia semper bonis
3 infirma temporibus. superest ut ea, quae serenitas uestra
patribus deliberanda legauit, cognito senatus consulto lex
augusta confirmet. nullo enim dissentiente decretum est,

---

1 ueritas *Lect. 2. 3. Par. Wing.* 3 soluendo par non *edd.*
6 rē·p· T
rel. 8. Gel. 7. Jur. 21. Par 28. DE SVSCEPTA ORATIONE QVAM DN̄S THEODOSIVS MISIT T DDNN. T, DD. edd. 9 Archadio T *edd.* auggt T 11 *cf. Goth. ad C. Th. 15, 9, 1.* 12 DD. *edd.* 14 agit igitur *nos:* agi. Igitur T, agit *edd.* 15 rp· T 17 et moribus *edd.* 20 conatus T 21 orationis T *Suse:* rationis *edd.* 23 numerum T bonorum *Lect. 2. sqq.:* honorum T *Gel. sqq.* 24 assentio T
30 decretum est *om. edd.*

quis modus censuum semel aut saepius fungendis medio-
criter editionibus applicetur, quae gladiatorio muneri et quae
scenicis ludis sumptuum temperamenta conueniant, quid liber-
tatis habere mereatur praesentis expensio, quid dampni ab-
sentium contumacia debeat experiri. haec aeternitas uestra 4
uenerabilis cum senatui statuenda mandaret, referri ad se
protinus imperauit, ut placita cunctis immortali lege soliden-
tur. iussis paruimus. expectamus oraculum, quo salutariter,
ut uestro numini familiare est, patrum decreta firmetis, ad-
iecta comminatione, si ullus aliquando ambitus haec uel illa
corruperit, quae consilio caelesti pro ordinis dignitate sanxistis.

RELATIO 9.

DDNN. Theodosio et Arcadio semper Augg.
Symmachus u. c. praefectus urbis.

Gratias beneficiis uestris agere pro urbe Roma ut officii
probabilis ita insolentis audaciae est. nam neque ingentibus
rebus uerba conueniunt, et personam populi Romani nulla
implet oratio, domini imperatores. sed quia in talibus nego-
tiis uoti magis quam ingenii ratio uersatur, non metuo im-
paris famam, dum fugio nomen ingrati. urbem caelo et side- 2
ribus acceptam! cui bona terrarum omnium congesta prae-
stabitis atque id praecipue uobis putatis accedere, quod Roma
quaesiuerit. recipimus ueteris praerogatiuae fidem, securitatem.
siquidem constat imperantibus uobis populi esse Romani, quic-
quid ubique generosum uel gignit natura uel informat in-
dustria. enimuero etiam posteris egregium dedistis exemplum.
scient futuri ita demum affluere publicas uoluptates, si eas
palatia non requirant. hoc est specimen animi continentis,
sibi negare quod aliis deferatur, et laetitiam ceterorum pro-
priis anteferre solatiis. hic usus bonos principes decet. namque

---

1 quis modus censuum semel aut saepius fungendis mediocriter editionibus applicetur *nos* (mediocritas munerum *ep. 4, 8*): *eadem* (*sed* censum *et* mediocritas edicionibus) T, quis modus censitum, semel aut saepius, quae fungendis mediocritas editionibus applicetur *edd.* 3 liberalitatis *Jur. 2.* 10 habitus T

rel. 9. Gel. 8. Jur. 22. Par. 29. DE AEQVIS ET ELEFANTIS T DNNN. T, DD. *edd.* et: ae T Archadio T *edd.* u. c. *om. edd.* 17 rebus *om. edd.* 18 DD. *edd.* 20 ingrati erga urbem *edd.* syderibus T 21 congestae T praestatis *edd.* 23 recepimus *edd.* fidam securitatem *Lect. 2. 3. Par. Wing.* 28 requirunt T

aurium et oculorum fructus caducus est, largitatis aeternus.
3 alii triumphis suis haec bona seruassent, ut posita lauru
nouis actoribus personarent Pompeiana proscenia, ut pro
captiuis tetrarchis Indicae currum beluae praeuenirent, ut
equorum longus ordo instar gentium duceretur. uester trium-
phus Arsacidas post tergum reuinctos et gazas uictae Baby-
lonis accipiet. in magnos quippe animos non cadit affectata
iactatio. nescitis tribuenda differre. quicquid nationum famu-
4 latus optulerit, statim publicum est. merito uos senatus ac
populus ore celebrat, deuotione ueneratur, amore conplectitur.
mihi credite: arcana omnium pectorum possidetis, illa bonarum
necessitudinum loca, quibus liberorum quibus parentum im-
moratur affectio. et quia omne praemium, dum beneficiis
uestris confertur, angustum est, inuenit ordo amplissimus
amabilem uicem, qua se gratum probaret. nam familiae
uestrae et stirpis auctorem, Africanum quondam et Brittanni-
cum ducem, statuis equestribus inter prisca numina con-
secrauit, qui felici satu numen in imperium salutare progenuit.
sic coluntur, quorum liberi ad bonum publicum nati sunt.
5 at uero populus imperialis munificentiae muneribus expletus
in amorem uestrum prompta inclinatione concessit. qui ubi
comperit meo praefatu affore bona publicorum parentum,
portis omnibus in longinqua fusus erupit feliciorem ceteris
iudicans, qui primus bona uestra uidisset. ergo cum expectari
munera principum soleant, nunc accita uenerunt. praetereo
illum diem, quo elefantos regios per conferta agmina equorum
6 nobilium pompa praecessit. malo fremitum Murciae uallis
exponere atque illam quadrigarum distributionem, in qua
sibi cum fortunatior uideretur, cui electionem mox urna tri-

2 bona *nos:* ıona **T**, dona *edd.* lauro *edd.* 3 nobıs **T** 4 currum *Jur. 2. sqq.:* cursum **T** *Gel. sqq.* 6 postergum **T** babılonıs **T** 7 magno **T** affecta **T** 11 archana **T** 15 probaret. nam: prob&r&am **T** 16 affrıcanum **T**, Britannicum *edd.* 17 numina *nos:* nomina **T** *edd.* 18 qui felici satu numen in imperium salutare progenuit *nos:* quı felıcıs adunū enım ımperıum salutare pgenuıt **T**, qui felicissimum sidus et imperio salutare progenuit *edd.* 20 munerıbus **T**: pignoribus *edd.* 22 bona *nos:* ıona **T**, dona *edd.* 25 non accita *Lect. 2. cum Grutero,* nunc tacita *Jur. 2. sqq.* nunc accita **T** *Gel. sqq. recte: alias exspectabant, dum bona uenirent, tunc obuiam iuerunt et quasi arcessiuerunt.* 27 Murciae *Jur. 2. sqq.:* urcıae **T** Martiae *Gel. sqq.* 29 obiectionem *Lazius comment. reip. Rom. X, 5,* euectionem *Jur. 1,* praelationem *Jur. 2.*

buebat, par uel potior erat, quem sors fecisset extremum. quotiens sequenti primus inuidit? dubia est optio, cum de similibus iudicatur. nec putetis istius modi uoluptatem plebi Martiae paruam uideri, cui delenimenta circensium finitimorum conubium praestiterunt, cui summus honor uisus est, ut ouantes equorum dorsa gestarent, ut triumphantes currus inueheret. qua re uictoria genti Romuleae familiaris clementiam uestram pro uoto omnium muneretur. fecistis ut urbs cana luxuriet 7 in primam reducta laetitiam et uer illud quondam uigentis aetatis. audeo iam sperare potiora. mittetis etiam regiam classem, quae annonariis copiis augeat deuotae plebis alimoniam. hanc uero in Tiberinis ostiis mixtus populo senatus excipiet. uenerabimur tamquam sacras puppes, quae felicia onera Aegyptiae frugis inuexerint. non sunt auara uota, quae saeculi excitauit humanitas. de exemplis uenit ista fiducia. magna sumendo maiora praesumimus. nunc legite senatus 8 ac populi fausta suffragia, licet sciam plus inesse animis quam uocibus explicari, et quaedam libamina publici in uos amoris accipite. si parua adhuc dicta sunt, munerum uestrorum imputate miraculis. nam magnitudo stuporis locum multis plausibus non reliquit.

RELATIO 10.

DDNN. Theodosio et Arcadio semper Augg.
Symmachus u. c. praefectus urbis.

Laetarum rerum index esse malueram,* domini imperatores, sed ratio officii publici necessitatem mihi nuntii tristis imposuit. Praetextatus uester Praetextatus bonorum antiquae probitatis assertor inuida sorte subtractus est, uir omnium domi forisque uirtutum. in cuius locum uestrae quoque aeternitati, quae optimos nouit eligere, nimis arduum est similem subrogare. itaque summum sui in re publica desiderium 2 magnumque ciuibus gratis reliquit dolorem. nam ubi primum

2 est enim optio *edd.* 4 delinimenta *edd.* 7 qua re T: quando *edd.* 10 aut eo iani T 12 hanc uero *nos:* hanuero T, hanc ergo *edd.* hostiis T 13 uenerabuntur *edd.* feliciora T 19 sunt dicta *edd.*

rel. 10. Gel. 9. Jur. 23. Par. 30. 23 DE NVNTIO MORTIS PRAETEXTATI T DNNN. T, DD. *edd.* Archadio T *edd.* 26 nuncii T 7 honorum *edd.* 28 inuidia T morte *edd.* 31 rp· T

Romae amarus de eo rumor increpuit, recusauit populus sollemnes theatri uoluptates memoriamque eius inlustrem multa acclamatione testatus grauiter egit cum liuore fortunae, quod sibi inclytorum principum beneficia sustulisset. et ille quidem functus est lege naturae, nos uero socios animi sui uestrique iudicii tanto dolore confudit, ut otii remedium postulemus.

3 sileo cetera, quae me non sinunt praefecturam ferre patienter: uel haec una consortis amissio iusta est ad impetrandam uacationem. ament alii perpetuas potestates: mihi summus est fructus felicitatis, ut coram uestrum numen aduenerer, intuear benignitatis meae sidera. hoc unum pro omnibus quae praestitistis exopto. simplex petitio est nec uiam capessendi honoris affectat. semel enim claruit nihil aliud esse quod cupiam, cum supplex refuderim magistratum.

RELATIO 11.

DN. Ualentiniano semper Aug. Symmachus u. c. praefectus urbis.

Licet arbitrer litteras meas nuntiis aut rumore praeuentas — quid enim fama potest esse uelocius? — domine imperator, ego tamen officii publici necessitate cogente excessum uiri illustris crudo adhuc dolore non sileo. Uettium Praetextatum ueteribus parem uirtutum omnium uirum fata rapuerunt summo patriae gemitu, cui decus insigne praestabat. cuius ego laudes et iusta praeconia animi consternatione praetereo. neque enim locus est cuiusquam testimonio, cum vitae eius gloriam clementiae uestrae iudicia testentur, mortem celebrem dolor omnium fecerit.

---

1 increbruit *edd.* 4 beneficium *edd.* 6 ocıı **T** 11 meae: uestrae *Lect. 2. 3. Par. Wing.*, merae *Jur. 2.* sydera **T** 13 semel **T**: satis *edd.* 14 refugerim *Lect. 2. Par. Wing.*, refutarim *Sciop.*

rel. 11. Gel. 10. Jur. 24. Par. 31. 16 DE NVNCIO MORTIS PRAETEXTATI **T** DN. **T**: D *edd.* u. c. *om. edd.* 18 lıtteras melıus **T**, meas litteras *edd.* 19 uelotıus domını ımperatores **T** 21 Vettium *Jur. 2. sqq.*: uecıum t *supra posita* **T**, Vectium *Gel. sqq.* 22 uirum *om. Jur. 2. sqq.*

RELATIO 12.

DDDNNN. Ualentiniano Theodosio et Arcadio semper Auggg. Symmachus u. c. praefectus urbis.

Licet Uettius Praetextatus naturae lege resolutus sit, uiuit tamen in memoria et amore cunctorum, felicior ciuium lacrimis quam quisquam gaudiis suis, atque hoc uno punit inuidiam, quod tantum ei mors ad gloriam contulit, ut huic quoque fortunae liuor debeat inuidere, domini imperatores Ualentiniane Theodosi et Arcadi inclyti uictores ac triumphatores semper Auggg. nam praeter illum populi Romani 2 inusitatum dolorem etiam senatus impertiens dispendii sui solatium de honore uirtutis uestrum numen precatur, ut uirum nostra aetate mirabilem statuarum diuturnitas tradat oculis posterorum, non quod ille praemia terrena desideret, qui gaudia corporis, etiam cum hominem ageret, ut caduca calcauit, sed quia ornamentis bonorum incitatur imitatio et uirtus aemula alitur exemplo honoris alieni. hinc factum est, ut rusticis adhuc saeculis optimi quique ciuium manu et arte formati in longam memoriam mitterentur. atque utinam nihil huic decori facilitas adulantium postea derogasset, quamuis paria non sint, quae dispari arte quaeruntur. dignum 3 est igitur, ut, qui in pectoribus omnium manet, sit in ore populorum: ille semper magistratibus suis celsior, in alios temperatus, in se seuerus, sine contemptu facilis, sine terrore reuerendus; cui si quod commodum successionis euenit, ad testatoris proximos mox reuertit; qui nullius prosperis fractus est, nullius risit aduersa, indecorae nescius largitatis; ille, quem semper inuitum secutus est honor, cuius aequitati conterminus quisque limites suos credidit. plura de eo uellem, 4 plura deberem: sed clementiae uestrae testimonio cuncta ser-

rel. 12. Gel. 11. Jur. 25. Par. 32. 2 DE NVNCIO MORTIS PRAETEXTATI T 2 DDDNNN. Valentiniano Theodosio *nos:* DNNN. Theodosıo T, DD. Theod. *edd.* Archadio T *edd.* 3 auggg. *nos:* aug. T, augg. *edd.* u. c. *om. edd.* 4 Vettius *Jur. 2. sqq.*, uetcıus T, uectius *Gel. sqq.* 5 *uerba* felicior *usque ad* suis *desunt in edd.* 8 domini . . auggg. T (*sed* archadı ınclıtı): DD. Imperatores *edd.* 11 impertiens *nos:* ımpatıens T *edd.* 12 solatium petit de honore uirtutis uestrumque *edd.* 15 ut adcaduca T 17 alıgenı T 23 populorum T: plurimorum *edd.* 26 reuertit T *Lect. 2. sqq.:* reuertitur *Gel. sqq.* nullis prosperis *edd.* 29 plura de eo deberem *edd.*

uanda sunt. illustrior enim laus est de caelesti profecta iudicio. ergo ut probitatis patroni bona temporum uestrorum futuris quoque uisenda proponite. certe ille est Praetextatus, quem iure consulem feceratis, ut fasti memores celebre nomen extenderent. aliis titulis fatalia damna reparate. abierit cum homine praemium, sed iudicium post hominem perseueret. Probate casibus aduersum gloriam nihil licere. nam quod meruit a ciuibus, singulare est: illud multis commune, quod perdidit.

RELATIO 13.

DN. Ualentiniano semper Aug. Symmachus u. c. praefectus urbis.

Si diuinae clementiae tuae merita cogitentur, nullae opes, quas aut natura sufficit aut fortuna circumfert, gratiam nostri erga te amoris aequabunt. sed, ut mea fert opinio, publicum de optimo imperatore iudicium non est muneribus aestiman-
2 dum. senatus tamen promptus obsequii omnes officiorum partes arripit, quibus indicatur affectio, et salutare numen tuum precatur, ut in hac oblatione, quae nonnihil superioribus addidit, intellegas hoc esse curatum, ne sub te minus posse uideamur. nam diuis parentibus tuis ob decennium singulis minor summa decreta est. etiam diuus frater mansuetudinis tuae cum tertium lustrum aeui imperialis exigeret, parciore munificentia honoratus asseritur. nunc in amorem tuum studia nostra creuerunt. nam mille sescentas auri libras decennalibus imperii tui fastis deuotus ordo promisit urbanis ponderibus conferendas id est trutinae largioris examine.
3 quid, si pares animo uires senatus habuisset? scires in publico amore perennitatis tuae esse diuitias. sed maluit clementiae tuae solutionis fide placere quam magnitudine perfidae sponsionis. dehinc sub imperatore primaeuo sanus muneris

---

5 titulis T *Mercerus:* utiles *edd.* 6 homines T 7 aduersus *edd.* rel. 13. Gel. 12. Jur. 26. Par. 33. 10 DE OBLATIONE FACTA A SENATV T 11 DN. Valentiniano T: D. Theodosio *edd.* 13 *cf. Goth. ad C. Th. 7, 24, 1.* cogitantur *edd.* 15 aequabunt, D. Imperator. *Jur. 2. sqq.* 17 obsequi *edd.* 18 ultro arripit *edd.* nomen T 19 obligatione T 23 tuae T: uestrae *edd.* tercium T 24 partiore munificentię T 26 festis T 28 quid T: quod *edd.* 31 primeuos T

modus uotum est saepe faciendi. absit, ut bono principi plus quam possumus ingeramus. amantium quippe largitio non iure deterit offerentes. ergo et nunc libens sume sacro aerario decreta subsidia et futuris processibus imperii tui obsequiorum similium spem reserua.

RELATIO 14.

DN. Ualentiniano semper Aug. Symmachus u. c. praefectus urbis.

Habent hoc publicae necessitates, ut impossibilia plerumque persuadeant, domine imperator. sed cauto opus est, ne asperitas negotii effectu irrito solas arcessat offensas, quae nulli magis euitandae sunt, quam iuueni et principi, cuius gratia cum aetate debet adolescere. ergo numinis uestri famam simulque arduum recogitans corporatos negotiatores, membra aeternae urbis, ad equorum collationem, quam litteris imperastis, uocare dubitaui, ne librationem clementiae uestrae querela publica praeueniret. integra res est adhuc, salubritatem consilii diligentioris expectat. iustitiae praestate, quod remittetis inuidiae. de exemplo ueniunt, quae cauemus. 2 siquidem caeli particeps parens clementiae tuae cum munus exiguum huic hominum generi dare temptasset, motus libertate plebis abstinuit. et certe paucorum curam res illa poscebat, magisque officium desiderabatur tractandae pecuniae publicae quam dispendium conferendae. consuluit tamen gloriae suae, ne quid iuberet inuitis, et diligentissimus ac serius imperator speratum emolumentum tamquam popularis ignouit. 3 nec putet aeternitas uestra ab incepto temere destitisse deo proximum uirum. nouerat horum corporum ministerio tantae urbis onera sustineri. hic lanati pecoris inuector est, ille ad uictum populi cogit armentum, hos suillae carnis tenet functio,

3 non uires deterit offerentium *Gel. sqq.*, non deterit uires offerentium *Jur. 2. sqq.*

rel. 14. Gel. 13. Jur. 27. Par. 34. 6 DE CORPORVM EXCVSATIONE T 9 habeant T 14 rei cogitans *Suse* 16 liberationem T *Par. Wing.*, deliberationem *aliquis apud Jur. 2.* 17 est: adhuc sal. *edd.* res, et adhuc *Lect. 2. 3.* 19 remittitis *edd.* 20 *cf. Goth. ad C. Th. 14, 2, 1.* tuae T: uestrae *edd.* 21 mandare *edd. recte?* 25 ıuuer& T serenissimus *Contius* ımperatorı T 29 honera T *non recte contulit Holder Horatii ep. II, 1, 1.* ınuentor T

pars urenda lauacris ligna conportat, sunt qui fabriles manus augustis operibus accommodent, per alios fortuita arcentur incendia. iam caupones et obsequia pistoria, frugis et olei baiulos multosque id genus patriae seruientes enumerare fastidium est. ad summam liquet priuilegium uetus magno impendio constare Romanis. iugi obsequio inmunitatis nomen
4 emerunt. quod si adiiciantur insolita, forsitan consueta cessabunt. quare paternum clementiae tuae ingerimus exemplum. praetuli oraculum, quod pius successor imiteris. oro atque obsecro, ne populum, quem triumphantes saepe ueneramini, ceteris urbibus conferatis: dabit fortuna melior, quicquid castrensis usus efflagitat. humanitatis merito necessitas uestra sedabitur.

RELATIO 15.

DDDNNN. Ualentiniano Theodosio et Arcadio semper Auggg. Symmachus u. c. praefectus urbis.

Ab exortu paene urbis Martiae strenarum usus adoleuit auctore Tatio rege, qui uerbenas felicis arboris ex luco Streniae anni noui auspices primus accepit, domini imperatores. nomen indicio est uiris strenuis haec conuenire *ob* uirtutem atque ideo uobis huius modi insigne deberi, quorum diuinus animus magis testimonium uigilantiae quam omen
2 expectat. sumite igitur defensores publicae salutis sollemniter auro ducta munuscula, non quia diuitis metalli honore gaudetis, sed ut nostra deuotio felicis saeculi testetur opulentiam. bonis principibus bene parta libamus. suscipite a iudicibus aperta obsequia, qui pretia occulta damnatis. merito uobis sollemnes pateras cum quinis solidis ut numinibus integritatis offerimus, quibus nec uester pudor nec noster census oneratur.
3 maneat aeuum talis circa uos usus officii et honorem clementiae uestrae interminus annorum recursus instauret. libenter strenis sollemnibus praefectura fungetur strenuis deferenda.

---

2 angustis T accommodant *edd.* 9 protulit?
rel. 15. Gel. 14. Jur. 28. Par. 35. 15 Archadio T *edd.* 16 aug. T
17 *cf. Goth. ad C. Th. 7, 24, 1.* adolebit T 18 auctoritate Tatii regis *edd.* (Tacio T) 19 Strenuae *Jur. 2 sqq. cf. Forcellini lexicon* DD. *edd.* 20 ob *om.* T 21 huius modis T 22 nomen T
24 diuitias T 29 oneratus T 32 strenis: strenuus T

RELATIO 16.

DDDNNN.

Profiteor ultro, quod scio clementiam uestram posse rescribere. uerecunde potius quam iure suscepi prouocationem non exstante sententia, ne existimarer offensus liberae quidem sed inmaturae uocis obiectu, ddd. imppp. nam cum inter proximos Euphasii c. m. uiri itemque heredes scriptos, qui olim beneficio praetoris corporibus defruuntur, super testamenti iure actio uerteretur et sententiam de possessione impatienter exigerent, quibus ab intestato bonorum possessio minime competebat, quia heredibus scriptis secundum tabulas docebatur indulta, Priscianus et Polemonianus ad denuntiationem dilato negotio prouocarunt. et cum ab 2
his ratio quaereretur, alios uocis suae incentores fuisse testati sunt, ut gesta litteris conexa monstrabunt. nec officium partibus defuit ad multam praeiudicii suggerendam. sed iudicem uestri saeculi decuit uim constitutionis sacro oraculo reseruare, cum allegauerint petitores, quod se ad incautam prouocationem alienus hortatus impulerit.

RELATIO 17.

DDDNNN.

Fidem meam conuenit amor saeculi uestri et cura rei publicae, ne corrigenda dissimulem, domini imppp. cum ad praefecturam urbanam ciuilium rerum summa pertineat, minoribus officiis certa quaedam membra creduntur. quibus regendis industrios et priuatos oportet adhiberi, ut suum quisque munus

---

rel. 16. Gel. 15. Jur. 29. Par. 36. 1 INCENTOREM PROUOCATIONES T (in incentorem prouocationis?) 2 D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Vrb. *edd.* 3 *cf. Goth. ad C. Th. 11, 30, 44.* tuā *linea infra posita et* uram *supra scripto* T 4 uere. uerecunde T 6 uoces T D. Imperator *edd.* 7 Emphasii *edd.* Euphasii *nomen non inueni, fort.* Euphrasii *scrib.* c. m. uiri T *et Lect. 2. 3. Par. Wing.:* c. u. *ceteri* idemque T 11 quia T: quod *edd.* 12 p̄sciamus & polemoniamus T 18 allegauerit T incautum T

rel. 17. Gel. 16. Jur. 30. Par. 37. 20 UT INIUNGATVR NONNULLIS NECESSITAS PUBLICA T D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Vrb. *edd.* 22 rep̄· T 23 dissimilem T D. Imperator *edd.* 25 ceduntur *supra scripta* r T 26 priuatos: probatos *nos, cum haec relatio ad C. Th. 1, 6, 6 (Haenel) pertinere nobis uideatur.* oportebat T

inculpata facilitate promoueat. tales nunc de iudicio numinis
2 uestri publicus usus expectat. cesso culpare praesentes, cum
satis sit sollicitudini meae, si melioribus uiris officia intra-
murana mandetis. meis quippe humeris rerum omnium pon-
dera sustinentur, cedentibus reliquis, quos clementiae uestrae
multiplex occupatio probare non potuit. habet temporum
felicitas digniores. bonorum uirorum uena foecunda est. melius
urbi uestrae in posterum consuletis, si linquatis inuitos.

RELATIO 18.

DDDNNN.

Felicitas quidem uestra aeternae urbi sollemnis alimoniae
copiam pollicetur, ddd. imppp., sed re magis quam spe tuti
esse debemus. quod facile factu est, si hanc quoque partem
2 clementiae uestrae cura respexerit. nam aestate prouecta cum
ex Africanis portibus minimum deuehatur, non inani tangi-
mur metu, ne res annonaria in graues cogatur angustias. et
ideo oro quaesoque perennitatis uestrae salubre praesidium,
ut iudices Africanos et notarium, cui aeternitas uestra man-
dauit frumentarios commeatus, seueriora scripta destimulent,
missis in hoc negotium strenuis, qui onera consueta, dum
3 tractabilis nauigatio est, uictui urbis exhibeant. hoc saeculo
uestro hoc diuinis uirtutibus dignum est, ut securitatem Ro-
mani populi inter praecipua et prima curetis. aderunt optatis
cursibus plena nauigia et Romanos portus frequens atque
onusta classis intrabit, si aspirauerint numinis uestri secunda
suffragia.

---

2 sed **T**, sed nolo *edd. cum* sed *displiceret*, cesso *scripsi* 3 intra mura **T** 7 facilitas **T** 8 nostrae *edd.* linquatis ***nos:*** litigatis **T**, legatis *Gel. sqq.*, si eligatis *Lect. 2. 3.* et eligatis *Par. Wing.*

rel. 18. Gel. 17. Jur. 31. Par. 38. 9 UT TRITICVM DE AFFRICA MITTATVR. **T** D. Theodosio semper Augusto Symmachus Praef. Vrb. *edd.* 12 D. Imperator *edd.* 15 affricanis **T** partibus *edd. cf. C. Th. 13, 5, 34* (portubus) *cum C. Ju. 11, 1, 8* (partibus) nimium **T** 18 affricanos **T** 20 negocium **T** 21 tracta uilis **T** 22 uirtutibus diuinis *edd.* 24 romanus **T** 25 intrauit **T**

RELATIO 19.

DDDNNN.

Difficilis est exitus ueterum iurgiorum. res enim multis
agitata iudiciis et actionum uarietate et cognoscentium motu
et personarum mutationibus implicatur, ddd. imppp. ut mihi
nunc uenit usus, cum inter Gaudentium curatorem Marcianae
clarissimae feminae itemque Liberium procuratorem ami-
tae eius, eodem nomine dum uiueret nuncupatae, annosum
luctamen audirem. nam in ipso limine quaestionis cum pro- 2
curatio, quam c. m. f. senior Marciana mandauerat, inualida
diceretur, quod ante cuidam Principio esset iniuncta, ubi
refusas in dominam comperimus actiones atque actis prae-
toriis in Liberium denuo iure translatas, obiectum cassae
praescriptionis amouimus. tunc defensio partis aduersae negauit 3
stare personam, cuius procurationem superioris gesta iudicii
non tenerent. contra neque exactam prius mandati recita-
tionem et inter partes tributum procuratori beneficium repara-
tionis aiebant. huic parti longius, quam oportuit, immorata
contentio est. sed quia prior cognitor ut iusto defensori
restituerat temporum cursum, qui per actores non potest
impetrari, et procuratio legebatur praetoris allegata iudicio,
haec quoque praescriptio conquieuit. suggessit aliud, ut obitu 4
Marcianae c. m. f. mandatum diceretur extinctum. sed contra
uenerabilis Iuliani sanctio stare procuratorum iussit officia
causarum dominis uiuentibus inchoata. ergo cum et repara-
tionem superstite Marciana et conuentionem partis aduersae

---

rel. 19. Gel. 18. Jur. 32. Par. 39. 1 *cf. A. v. Bethmann-Hollweg, der römische Ciuilprozess. III p. 353.* DIVERSIS LECTIONIBVS PROLATIS CONSVLVIT IMPERATOREM. **T** D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Vrb. *edd.* 5 D. Imperator *edd.* 6 martianae **T** *et edd.* Marciana *etiam VI, 2, quae epistola cum hac coniungenda uidetur* 7 feminae **T** *Jur. 2. sqq.: Gel. sqq. om.* 8 uiuerent **T** non cupatę **T** 9 lumine **T** 10 c. m. (= clarissimae memoriae) **T**: c. *edd.* martiana **T** 11 principio **T** *(recte defensorum nomina, propinquorum cognomina afferuntur)*: Principi *edd.* 12 confusas **T** 13 iura translata *edd.* obiecta *edd.* 14 praescriptionis: procurationis *Jur. 2. sqq. praeter Bethm.-Hollw.* 16 neque: haec *Lect. 2. 3. Par. Wing.*, aeque *Jur. 2.* 20 poterat *edd.* 21 alligata *Mercerus sqq.* (allegata *Bethm.-Hollw.*) 22 suggessit **T** *(sc. curator)*: successit *edd.* 23 c. m. **T**: c. *edd.* 24 *C. Th. 2, 12, 1.* 25 ego **T** 26 marciana **T** *Mercerus sqq.*: martianae *Gel. sqq.*

super aestimandis bonis Liberius impetrasset, pronuntiauimus
5 non perisse mandatum. dehinc petitore properante, ut ex
constitutione numinis uestri seruandi debiti causa in materna
corpora mitteretur, quod aduersaria aestimationem bonorum
conuenta facere noluisset, responsum est de supplicationis
fide prius esse tractandum. id quia probabile uidebatur ad-
6 misi. facto autem aditu de precibus disputandi defensor c.
f. Marcianae notare sibi uisus est mendacium supplicantis,
quod, cum Priscae matris suae testamento neptes eius ex
Placidiano genitas hereditatem cepisse dixisset, non omnes
neptes ab ea scriptas probaret heredes. responsum est de
his tantum, quas auia heredes instituit, supplicatum nec
usquam factam omnium mentionem sed earum, quibus fuerat
7 delata successio. his deiectum curatoris patrocinium coepit
exigere, ut petitor ediceret, ex quibus nominibus propositae
descenderent actiones. tunc e diuerso ueniens ex Placidiani
c. m. uiri nomine, qui pater adultae fuit, immodicarum
donationum causam manasse respondit; supplementum uero
unciarum ab herede Placidae, cui soror Marciana successit,
asseruit postulari. haec aduersarius eatenus refellebat, ut
diceret c. f. iuniorem Marcianam non Placidiani tantum patris
successionem sed etiam Placidae germanae suae pro certis
unciis consecutam, nec tamen ullam Placidae mentionem
8 precum serie contineri. sed cum allegatio diuersae partis
asstrueret rem se obnoxiam persequi designatis titulis actio-
num et id, quod in litem uenit, pro certa parte Marcianam
c. f. possidere eiusque nomen cum designatione causarum
doceret precibus conprehensum, stetit iudicii mei deliberatio,
hoc asserente personam Placidae supplicationi adiici debuisse,
illo negante post designationem rei et eius personae, quae
hodie possessione corporum defruitur, quidquam esse quae-

2 petitorē T 3 materia T 5 suplicationis T 6 tractandum, id quod *Gel. sqq.*, tractandum. Id quod *Lect. 2. sqq.* 7 autem T: igitur *edd.* cm̄. f̄. T 9 neptes eius T *Lect. 2. Par.* W*ing. Bethm.-Hollw.*: neptes *om. ceteri.* 10 coepisse T 13 unquam *edd.* 17 cm̄. T: c. *edd.* 18 causa *edd.* 19 unciarum ut T, unciarum III *nos (cf. Goth. ad C. Th. 2, 20, 1.) dissentiente Bethm.-Hollw. p. 360.* adheredē T Placidiae *hic et deinceps edd.* 21 cn̄. T 23 nullam T 25 *uerbo* dignitatis *deleto,* designatis T 27 cm̄. T 29 persona T 31 corporum possessione *edd.*

rendum. accessit cunctationi meae causa uehementior, quod 9 iubente lege ut intra quatuor menses ad aestimationem bonorum possessor petitori teneatur, nunc, ut gesta monstrabunt, angustum nimis ex conuentione tempus fuisse uisum est peregrinis corporibus aestimandis. et ideo motus ambiguis ora- 10 culo numinis uestri discingenda cuncta seruaui. nam in rebus dubiis una salubritatis est uia, ut diuina quaeque uel deo proxima consulantur. coniunctae paginae allegationes partium et supplementa sumpserunt. quae cum maiestatis uestrae iustitia perpenderit, precor, ut metas curiosae liti absoluta definitione ponatis.

RELATIO 20.

DDDNNN.

Cum clementia uestra meminisset faciendae carrucae inpendium de sacro aerario esse decretum, censuit, ut eius argentum publicis conditis redderetur, ddd. imppp. sed examinis repperit fides ex aliis titulis absumptam speciem, quam uehiculi ornatus accepit. cuius rei etiam uir illustris prodecessor meus Auchenius Bassus perennitati uestrae rationem dicitur intimasse. et ideo saeculi uestri aequitas imperauit, ut examinata et comperta suggererem. cum fiscus 2 in tempore, quod praebendum fuerat, non haberet, ex arca quaestoria itemque ex formarum conditis praeterea ex argentariorum parsimonia argentum iusso operi ministratum est. cuius solutio, si carrucae usus maneret, de thesauris imperia- 3 libus iure peteretur. sed nunc carpenti nouitate summota

2 intra *edd*: in T 3 petitori *Mercerus Par. Wing. Bethm.-Hollw.*: apetitore T *Gel. sqq.* 6 discingenda T *Jur. 2. Sciop.*: distingenda *Gel.* distinguenda *ceteri.* 7 est salubritatis *edd.* 10 curiosae T *Gel. sqq.*: cariosae *Jur. 2. Sciop.*

rel. 20. Gel. 19. Jur. 33. Par. 40. 11 DE REDDENDO ARGENTO CARRVCAE. QVOD FISCVS OCCUPAVERAT. T D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Vrb. *edd.* 16 D. Imperator *edd.* 17 assumptam *edd.* 19 praedecessor *edd.* *secundum codicem Tegernseeensem nomine* prodecessoris *uir clarissimus et illustris Anicius (34,7) Auchenius (20, 1. 26, 1) Bassus ex praefecto urbi (23, 4) significatur 20, 1 et 25, 3 (coll. 26, 2), significari uidetur 33, 2 (coll. 23, 4 et 7): nomine* decessoris *successor (26, 2) Bassi uir clarissimus (34, 3) et illustris (23, 4 et 34, 3) et spectabilis (34, 7 et 38, 3) Auentius significatur 23, 4, significari uidetur 25, 2. 34, 3 bis. 38, 3. itaque nomen* prodecessoris *thesauro linguae Latinae addendum esse censeo.* Auchenius T *et Sirmondus:* Anthemius *edd. fort. huic nomen fu it* L. Ual. Sept. Anicius Auchenius Bassus *cf. Aug. Allgem. Zeitung 1872. Beil. p. 2238* 20 ratione T 22 archa T 25 carruchae T

suum quisque deposcit, nec difficile credimus impetrari, quod a legum parentibus postulatur. quaeso, ut digna temporibus responsa reddatis: quo u. c. et illustris sacrarum largitionum comes refundendum esse cognoscat publicis titulis priuatisque personis, quod sine lacuna imperialis aerarii deprompsit aliena collatio.

RELATIO 21.

Scio quidem naturae humanae uitio probitatem subiacere
liuori. sed miror eo progressas insidias aemulorum, ut crudo
mendacio insontis fama peteretur, ddd. imppp. quid enim
non audeant, quidue intemptatum relinquant, qui in arce ter-
rarum Christianae legis iniuriis uindicata fana finxerunt?
2 fleuit, credo, istius scenae fabricator, cum de ecclesiae pene-
tralibus raptos ad tormenta simularet, cum de longinquis
et finitimis urbibus duci antistites in uincula describeret.
neque enim serenum clementiae tuae animum sine his argu-
tiis compulisset sacro edicto populum conuenire, ut asperio-
ribus quam pietati tuae mos est litteris praefectum, quem
3 sine ambitu legistis, argueres. reddat nunc, quisquis ille est,
causas fallaciae suae, qui sub occasione iustae inquisitionis,
qua me cultum spoliatorum moenium inuestigare iussistis,
tragicas quaestiones de ministris Catholicae iactauit agitatas.
respondeat literis episcopi Damasi, quibus assectatores eius-
dem religionis negauit ullam contumeliam pertulisse. non
magnopere officii mei praetendo responsa, a quo ideo quae-
sita est rerum fides, ne factum aliquod recordationem cogni-
toris effugeret: credatur eius legis antistiti, quae laesa simulatur,
credatur populo Romano, qui perennitatis uestrae admonitus
edicto, miratur in procinctu creditum, quod Roma nescit ad-
4 missum. omitto iniuriam praefecturae et conscientiae meae,
quando eo processit insimulatio, ut uos quoque ipsos auctores

3 quo: quod T uir clarissimus *Jur. 2. sqq.*: uir consularis *Gel. sqq.* rel. 21. Gel. 20. Jur. 34. Par. 41. 7 DD. Theod. et Archad. semper Augg. Symmachus Praef. Urb. *edd.* 10 mendatio T DD. Imperatores *edd.* 13 scenae istius *edd.* 15 et T: ac de *edd.* uincla T 16 clementiae uestrae *edd.* 18 pietati uestrae *edd.* 19 argueret *edd.* 20 fallatiae T 21 quā T spoliatorem T 22 iactat *edd.* 26 cognitoris T: quaesitoris *edd.* 28 populo Romano *nos*, pr. T: praefecto *edd.*

honoris mei quadam reprehensione praestringat. nam qui
summi loci iudices decolorant, sacri testimonii facilitatem
uidentur incessere. iam dudum me diuus genitor numinis
tui praecipuo honore dignatus est: ille meritorum arbiter
singularis, cuius imperium cum moribus recepisti. paternum
sequere tuum tuere iudicium. qui praefecturam sine ambitu
meruimus, sine offensione ponamus. suggestionibus uiri ex- 5
cellentis et de re publica bene meriti Praetextati praefecti
praetorio abusus existimor. quid, si ex illo decreto, quod
probabiliter impetrauit, necdum a me quaestio ulla temptata
est? praeuidi enim quid possint aemuli suspicari, atque ideo
obsignata officio praefecturae sacra iussa commiseram. nec
me huius modi coniectura decepit. siquidem seuere executus
insimulor, quod non conuincor aggressus. haec omnia fide 6
actorum conprehensa subieci, unum illud adiiciens, ut me
perennitas uestra necessitate inquisitionis huius absoluat,
cuius auctoritatem referri ad scrinia palatina iussistis. nam
si tantum de me improbis licuit extante praecepto, quid
retractatis litteris non licebit? sane laudabili uiro episcopo
denegante ullum e suis aut carcere aut uinculis attineri et
officio eadem suggerente ignoro, quos potissimum praeceperitis
absolui. tenent quidem leges uariorum criminum reos, sed
ut comperi a ministerio Christianae legis alienos. quid igitur 7
aeternitas uestra decernat, deuotus opperior et quaeso, ut
fallaciam retundatis, quae diuini pectoris tui sollicitauit quie-
tem, quae ad edicti necessitatem uenerandi principis curam
coegit. me muniuit inuidia; apud aures enim sacras locum
postea non habebit conuicta mendacii. si quid tamen denuo
obtrectantium murmur ingesserit, opto iudicium. experientur
me sub imperiali disceptatione constantem, qui nocentem
probare non possunt.

---

1 perstringat *edd.* 2 facilitate T 5 | paternum *pag. 24 incipit.* 8 rp. T 11 possent *edd.* 12 obsignato T 13 me *om.* T. *Sed in ima margine prioris paginae* me *legitur.* 16 huius T: eius *edd.* 17 auctoritate T 20 ullum e suis *edd.*: ullumuis T *nouum hoc nomen linguae Latinae addicere non ausus sum* aut arcere T 23 mysterio *edd.* aligenos T 25 fallatiam T tui T *Gel. sqq.*: uestri *Jur. 2. sqq.* 28 mendaciis T

RELATIO 22.

De tribunatu suarii fori nuper orta contentio causam mihi attulit legum arbitros consulendi, ddd. imppp. prouectus instabat, ut delatum sibi sortiretur officium, uetus e lege, quae tempora istius modi actibus certa decreuit, recusabat honore decedere. secutus morem longa aetate seruatum eum, qui recens maiestatis uestrae beneficium praeferebat,
2 admisi. sed ut deinceps, si forte usus tulerit, cunctationem iudicii absoluta forma submoueat, statui sacrum numinis uestri oraculum sciscitari, utrum fas sit nouos tribunos seruata lege differri an magis ueteres oporteat praelata deuotione remoueri.

RELATIO 23.

Unum leuamen iniuriis meis tribuit euentus, ddd. imppp., ut Romam publicae utilitatis gratia u. c. et illustris clementiaeque uestrae semper dicatus comes Hesperius mitteretur. nam si eum testem contumeliarum, quas pertuli, non haberem, quis dubitaret eam praefecturam, quae Romae est superior ceteris, turbidum aliquid pro potestate fecisse? is, quoniam amicus est ueritati et famam bonorum temporum colit, si dederit aeternitas uestra, contemptum legum ac saeculi non silebit. ego, ut potero, de multis pauca narrabo, repetitis paululum causis, quae mihi, ut arbitror, has insidias excita-
2 runt. cum pro diligentia, quae debet omnibus inesse iudicibus, argenti publici ratio quaereretur, quod censualibus editores munerum contulerunt, inter ceteras fraudes repertum est quosdam functionibus absolutos sumptum debitum rei publicae *non* dedisse et, ut fallacia ista tegeretur, ex alieno argento

rel. 22. Gel. 21. Jur. 35. Par. 42. 1 D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Urb. *edd.* 2 suarıı T: uinarii *edd. inde corrige Boecking ad notitiam dign. occid. p. 195.* 3 D. Imperator *edd.* 4 dılatum T 5 e lege *Lect. 2. sqq.*: eligit T *Gel. sqq.* 11 praelata *om. Jur. 2. sqq.* 12 remoueri *Jur. 2. sqq.*: remouere T *Gel. sqq.*

rel. 23. Gel. 22. Jur. 36. Par. 43. 13 D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Urb. *edd.* 14 D. Imperator *edd.* 18 eamq T superior est *edd.* 19 quoniam semper amicus *edd.* 21 uestra copiam, contemptum *edd.* et saeculi *edd.* 22 ergo T 25 censualium T *recte?* 28 non *om.* T fallatıa T

tantundem censualibus falsis titulis imputatum, quantum duo conferre debuerant. hoc cum clarissimi uiri sponte sine adiectione dispendii reddidissent, senatum prisco more consului, quid in communi causa patrum iuberet auctoritas. dictis aliquot sententiis factum meum reuerendi ordinis probauit assensio. interiectis diebus cum Romam u. c. et laudabilis 3
uicarius commeasset, u. c. causidicus fori mei Celsus, socius eius, qui debitum refudit impendium, tuitionem contra me et annonae praefectum clarissimum uirum de sede uicaria postulauit, cum ego aditus in causa publica ciuilem conuentionem matri eius super nepotis sui munere detulissem † responsione seruata, quae retinere asseritur patrimonium candidati, praefectus uero annonae u. c. pistorem publicae annonae uerbo tantum reposcere diceretur, quem manibus officialium Celsus eruerat. hic iam uestrae perennitatis est aestimare contumeliam praefecturae, cuius causidicus nihil passus auxilium secundis iudiciis impetrauit. † per haec uisa sunt 4
quoniam patientiam meam minime perculerunt, adiectum est, quod dissimulare non possem. nam cum ad examinandos actus u. c. Bassi ex praefecto urbi potestas uicaria ad secretarium commune prodiisset, nescio quis, ut aiunt, libello dato de officii mei colludio uel iniquitate conquestus est, quod Memorius litigator, iussus a Basso soluendi debiti gratia ad iudicia Africana deduci, cum et a uiro illustri decessore meo Auentio et a me per libellos ne eo pergeret postulasset, naui esset abductus. hunc ilico u. c. et laudabilis uicarius, ut subscriptio libelli indicat, adesse praecepit. ubi pariter ambo 5

1 imputatum *nos:* imputatis **T** *et edd.* duo: ·II· **T** 2 dedisse. Et ut . . tegeretur, imputatis . . debuerant, contulerunt. Hoc *edd.*, *nos* imputatum *scripsimus et uerba aliter distinximus.* spontē **T** 4 iuberet *nos:* iuueret **T**, innueret *edd.* 6 spectabilis *Jur. 2. sqq.* 7 commeasset causidicus uc̄. **T** 8 eius *ex* meus *corr.* **T** 10 postulauit, cum ego . . eruerat. Hic *Mercerus:* postulauit. Cum ergo . . eruerat. Hic *uel* eruerat: hic *edd. et* **T** 12 qua *edd.* quia *Lect. 2. 3.* quae *ad* matris *referendum uidetur et* responsione seruata *interpretandum* salua defensione *(cf. C. Ju. 12, 26, 4). haec alioquin superuacanea addidit, ut in omnibus rebus legum obseruantem se fuisse probaret.* retine **T** candidati *Jur.,2. sqq.:* candidata **T** *Gel. sqq.* 17 secundi iudicis *Lect. 2. 3.*, secundi iudicii *Sciop. sqq.* per haec quoniam *edd., nos suspicamur* ubi haec uisa sunt (*rel. 34, 5:* multa quae post uisa sunt) *uel* per haec iniuriarum 19 ad examinandos *Jur. 2. sqq.:* ad examinandus **T**, examinandos *Gel. sqq.* 20 actus Bassi Praefecti urbis *edd.* 21 prodiisset *Jur. 2. sqq.:* prodisset **T** *Gel. sqq.* ut aiunt: uicario *Mercerus Par. Wing.* 24 Affricana *et hic infra* **T** 25 nā ui **T** 26 spectabilis *Jur. 2. sqq.*

consedimus et seriem querelarum recitatione cognoui, admonui,
ut is, qui adierat uicariam sedem probaturus intraret. tunc
officium eius hominem deesse respondit, quem praecepto iudi-
cis sui in examen accire debuerat. quid hic aestimandum
sit, relinquo sapientibus. semel atque iterum praeconis uocibus
6 aduocatur nec tamen inclamatus accurrit. tunc nullo assi-
stente apparitio urbana coepit urgeri, quod ad Africam trans-
uectus esset, qui Bassum clarissimum uirum criminis pos-
set arguere. suggestum est paritum esse sententiae; quam
cum Bassus post luctamen partium protulisset, prouocatio
non remouit. ad haec Fulgentius u. c. tribunus et notarius
conuentos adiutores urbanae sedis asseruit, ne Memorius
nauigasset. a quo cum requireretur, an ad eum aliquid super
Bassi criminibus Memorius detulisset, ait querelas eius libel-
lorum paginis contineri, credo, simulare non ausus, quod
7 accusator esse uoluisset. ad hoc urbani adiutor officii per
Felicem sibi a clarissimo uiro Fulgentio mandatum esse
respondit, ut secundum sententiam Memorius ad Africam
duceretur. mox Felicem censuimus attinendum, quo posset
liquere, an huius mandati internuntius extitisset. interea
uir laudabilis uicarius, cum adessent alii, quos in Bassi causis
possemus audire, ob eius absentiam, quem facile est ex
Africanis reuocare prouinciis, iudicium omne deseruit, nescio
an ex usu eorum, qui ut audirentur affluxerant. promissa
8 relatione discedo. Felix, qui in communi iudicio iussus est
attineri, officii executione corripitur. is cum a me insequenti
tuitionis auxilium poposcisset et unius nomenclatoris, ut in
urbe pacata, adminiculo fretus incederet post uehiculum prae-
fecturae, iussu Fulgentii c. u. per Gaudentium et Uictorem
agentes in rebus et Bonifacium palatinum, qui hactenus in
officio urbano militauit, uiolenter arreptus deducitur in eius
9 aedes, de cuius mandatis fuerat audiendus. quod cum sibi
Fulgentius u. c., auctor contumeliae meae, inuidiosum putaret,

---

2 probatus **T** 3 quia *(compendio scriptum)* quem **T**: qui *edd.* 4 accire *nos:* acciri **T** *edd.* 7 urgere *edd.* 8 quo *Jur. 2. sqq.* 9 pari itum **T** 13 nauigaret *edd.* 14 bassi **T**: hisce *edd.* 16 ad haec *edd.* 21 spectabilis *Jur. 2. sqq.* 22 quem *Gel.:* quę **T** quam *Jur. 1. sqq.* 23 africanis *hic* **T** 24 iussu *edd.* 25 iudicio *om. edd.* 26 corrupitur **T** in sequenti *edd.* 27 numen cultoris **T** 29 ·cū· **T**: *om. edd.* 30 actenus **T**

ad Circi secretarium conuolauit facti illiciti uolens praestare
rationem, quod sibi metum fuisse dicebat, ne officii sub-
ornaretur impulsu. expectatis, credo, augustissimi principes,
ut praefectus et iudicii uestri securus et innocentiae suae
aliquid seuerum censuisse dicatur. fateor, neque paenitet,
animum temperaui, dum certam de uobis spero uindictam.
statui, ut Felix uadibus, qui Fulgentio non essent cogniti, 10
traderetur. quid mitius decerni quid remissius potuit? tunc
ille tamquam cessurus egreditur. sed cum ad aedes eius
semel atque iterum princeps officii commeasset et obstinatam
hominis contumaciam non posset inflectere, inanem syngra-
pham reportauit, qua redhibitionem Felicis in alterum diem
sponsione distulerat. tenet domi testem, quem de se nouerat
audiendum. etiam huius iniuriae assumo patientiam. culpate,
ut uultis, ut dignum est. sciui meliorem esse iudicum cau-
sam, quae rerum dominis reseruatur. expectamus, ut altero 11
die quamuis instructus officio redderetur. at ille crassa
luce, ut gesta monstrabunt, aduersum cautionis fidem uica-
riae potestati tradendus abducitur. hoc ubi princeps officii
comperit, paucis comitatus excurrit, retinet Felicem celebri
urbis loco nec tamen eripit. ita Fulgentius, qui se simulat
uerberatum, manu ualidiore legibus repugnauit. interea Felix
a militibus uicariae potestatis abducitur. et cum princeps
officii mei sub conspectu Romanae plebis auditur, uidero,
quid de hoc facto perennitas uestra debeat iudicare. ego
ordinem tenebo gestorum. fatetur sub alterius cognitoris ex- 12
amine litigator nihil sibi ab apparitoribus meis aduersum
Fulgentium esse mandatum. hic iussu eius ad commune
secretarium, quo faciendae oblationis gratia summates quos-
que conduxeram, a principibus officii utriusque perducitur.

---

3 & peccatis **T** principis **T** 8 remisius **T** 9 censurum **T** eius aedes *edd.* 11 contumatiam **T** 12 redibitionem **T** 15 uti uultis *edd.* 16 reseruatum **T** 17 quamuis *nos:* quam **T**, *om. edd.* crassa **T** *quod recipere ausus sum:* crastina *edd.* Sall. Jug. 21, 2 obscuro etiam tum lumine. 18 cautioni **T** 21 Itaque *edd.* at? 24 uidero **T** *Jur. 2. sqq.:* uideo *Gel. sqq.* 25 debuit *edd.* *Cum secundum relationem et instructionem, non principe officii in conspectu Romanae plebis audito imperator iudicaturus esset, sic uerba emendarim et distinxerim* Felix a militibus uicariae potestatis abducitur et eum princeps officii mei sub conspectu Romanae plebis sequitur. uidero, quid etc. *Goth. ad C. Th. 6, 28, 1* 'caeditur' *affert ex Symmacho.* ergo **T** 28 hinc? 29 quoq; **T** 30 condixeram *Jur. 2.*

nihil enim repertum fuerat, quod praefecturam posset in-
13 uoluere. tunc Fulgentius facti sui conscientia percitus, caesum
se esse conqueritur. sed mox eiusdem Felicis ac deuotissimi
uiri principis responsione pars ista purgata est. et tamen
querelae eius audientiam non negaui, clarissimo et spectabili
uiro uicario in societatem cognitionis. † si uellet asscitostuere
nomina testium plebeiorum danda promisit, credo, ut per moram
uel meus dolor satisfactione mitesceret uel ipse rursus alias mo-
14 liretur insidias. qui, ut res indicat, conscientia hominis subor-
nati, a quo uicariae potestati libellus oblatus est, domestice con-
fectis apud eundem actis ausus est postulare, ne apparitores
eius, quos ob discessum litigatoris custodia carceris iusserat
attineri, iniuriae subiacerent. post haec usurpato cursu publico
neglectoque iudicio audacis facti conscius euolauit, ut prae-
fecturae iustas querimonias praeueniret, ignarus, ut res est,
parentes generis humani magis iustitia quam inuidia com-
15 moueri. haec ita esse gesta nec ulla arte fucari instructio
subiecta testabitur. in qua repperiet aeternitas uestra prae-
fecturam, quam in me puro iudicio contulistis, nihil saltem
ad uindictam publicae disciplinae esse molitam, cum omnibus
iniuriis cederetur, quas boni quique praesumunt pro uigore
saeculi uindicandas. haec enim spes et fiducia ius creditae
mihi potestatis infregit, ut auctores honoris mei et publicae
dignitatis et iudicii sui contumeliam iusta seueritate defendant.
ss. IIII. Kl. aug. aeliano oc ab.

---

2 fatı **T** 5 spectabılı **T** *hoc loco.* 6 ascito, si uellet struere nomina testium plebeiorum danda. promisit. *edd.* cognitionis si uellet asscito. tunc nomina testium pl. danda promisit *nos.* 7 moram meus dolor uel *edd.* 8 satisfactione *nos:* satısfactıonē **T**, per satisfactionem *edd.*, praeter *aut* uelut per satisfactionem *Suse.* mıtescere **T** 10 domestıcae **T** 11 confectus apud eundem factus *Gel. sqq.*, confessus apud eundem factum *Mercerus Par. Wing.*, confectus [apud eundem factus] *Jur. 2. Sciop.* 12 iusserat (*sc.* uicaria potestas) **T**: ius erat *Suse.* 13 cursu **T**: rursum *edd.* puplıco **T** 16 parentıs **T** 17 fucari *nos:* fugarı **T**, fingi *edd.* 21 cederetur **T** *Jur. 2. sqq.* caederetur *Gel. sqq.* 22 haec **T** *Lect. 2. sqq.:* nec *Gel. sqq.* fidutıa **T** 25 *subscriptionem, quam edd. omiserunt, non intellego.* ss̄ *fort.* = scripta sunt. *uerbis* aeliano oc ab *significari mihi uidetur homo in officio praefecti urbis constitutus, qui praeter praefectum nomen litteris subscripsit.*

RELATIO 24.

Per uices mensium singulorum ad perennitatis uestrae
scrinia senatus et populi acta mittuntur, quae poterunt in-
dicare, quid uir praecelsae et illustris memoriae Praetextatus
uel ad amplissimum ordinem uel ad deuotum uobis populum
pro saeculi uestri commendatione pertulerit, ddd. imppp.
Ualentiniane Theodosi et Arcadi inclyti uictores ac triumpha-
tores semper Augusti. sed quia speciatim sacris litteris im- 2
perastis, ut, si qua ab eo Romae in his coetibus gesta sunt,
agenti in rebus excerpta tradantur, misi omnia iussis caele-
stibus obsecutus, quae ipso praesente uenerabilium orationum
uestrarum sanctio definiuit et patrum probauit auctoritas;
praeterea quae apud plebem locutus est, ut cunctos in
amorem bonorum temporum prouocaret, adiunxi. iudicium 3
uero ciuium, quod supremo die de uirtute atque innocentia
eius habuerunt, speciatim u. c. et illustri officiorum magistro
subditis exemplaribus gestorum intimaui, licet uehiculo publico
cum ceteris, quae ex more mittuntur, omnia necesse sit rur-
sus ad serenitatis uestrae notitiam peruenire.

RELATIO 25.

Iam pridem rescriptum numinis uestri Cyriades u. c.
comes et mechanicae professor exhibuit, ddd. imppp., quo
statuerat aeternitas uestra, ut se ipse a quorundam crimina-
tione purgaret ac rursus urgeret obiectis, si quos fraudis
incesseret. qui cum Auxentium u. c. sub examine decessoris 2
mei coepisset arguere, postquam ad cognitionem meam uen-
tum est, super basilicae atque pontis inmodico sumptu Auxen-

---

rel. 24. Gel. 23. Jur. 37. Par. 44. 1 D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Urb. *edd.* 3 scrinia T *Lect. 2. sqq.*, scripta *Gel. sqq.* 4 illustrisque *edd.* 6 ddd. . augusti T (archadi incliti): D. Imperator *edd.* 10 agenti *Jur. 2. sqq. et* (argenti) T: *om. Gel. sqq.*, sunt breuibus excepta *Lect. 2. 3.* 11 praesidente *nos. cf. Cass. Var. 1, 42* ut illi coetui praesidere possis. *praefectus urbi a. 366 et 367 fuit* orationum T *et Suse:* rationum *edd.* 16 uiro consulari *Gel. Jur. 1. Lect.* 17 gestorum exemplaribus *edd.* 19 noticiam T

rel. 25. Gel. 24. Jur. 38. Par. 45. 20 D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Urb. *edd.* 21 quidem *edd.* 22 D. Imperator *edd.* quod T 24 fraudes T 25 *et* p. 36, 1 uirum consularem *Gel. Jur. 1. Lect.* 27 super basilicae atque pontis T *Lect. 2. ex alius coniectura, sqq.:* superba atque pontis *Gel. Jur. 1. Lect. 1.*

tii u. c. uoce perstrictus est. quem Cyriades uir parilis dignitatis mutua accusatione credidit remordendum. uisum est igitur accommodum, ut utriusque aedificationem fida aestimaret inspectio. dedi negotium sollicitis quantum arbitror uiris et Cyriade paene recusante decreui fabrilis artis magistros, quos aduersario aequiores putabat, aestimationi operis admouendos, manente nihilo minus penes Auxentium cura atque administratione coeptorum, quod necdum aeter-
3 nitas uestra officium eius successore mutasset. itaque exactis aliquot diebus et adhuc pendente operis examine apparitio, quae Auxentio fuerat deputata, per notarium mihi fecit indicium deseruisse clarissimum uirum susceptorum curam locorum et sub ipso aestatis exordio, quo possit prouectus aedificationis assurgere, nihilum promoueri. sed quia senatoris fuga non uidebatur temere credenda, ut impensius requireretur admonui. diu nusquam gentium deprehensus ubi comitatum sacrum numinis uestri adire iussus est, euolauit. interea Cyriades u. c. comes et mechanicus cum statutum meum discessu eius uideret elusum, multum anxius ne quid in absentem aduersarius moliatur, ut aeternitati uestrae et relationem u. c. prodecessoris mei et nunc acta suggererem,
4 depoposcit. cui audientiam negare non potui, eadem uia praecepto numinis uestri cupiens edoceri, qui facto usus sit de aestimatione sumptuum, quos utriusque insumpsit expensio. siquidem meum expectat officium lacunam pecuniae publicae non tacere. fidem litteris sociata gesta praestabunt. quae ubi ad sacras aures perennitatis uestrae recitata peruenerint, oro atque obsecro, ut incertum animi mei responsis imperialibus instruatur.

RELATIO 26.

Certum est quidem clementiam uestram fidei amore et studio ueritatis in examen assiduum saepe explorata reuocare,

---

1 perstrinctus T 4 negocium T 5 poene T 7 admouentes T penis T 9 successione *edd.* 11 notariam *Jur. 2. Sciop.* 12 susceptorem T 13 aetatis T profectus *edd.* 21 praedecessoris *edd. cf. ad 20, 1*
3 quid facto *edd. cf. Jur. 2 ad ep. I, 1.* 25 spectat *edd. cf. Dig. 41, 1, 26, 1. 48, 5, 29, 8.* lacunam T: iacturam *edd. cf. Jur. 2. ad V, 76.*
rel. 26. Gel. 25. Jur. 39. Par. 46. 30 DD. Theodosio et Archadio semper Augg. Symmach. u. c. Praef. Urb. *edd.*

ddd. imppp. sed cum Auxentius u. c. et Cyriades comes ac
mechanicus parilis dignitatis quadam inter se concertatione
dissentiunt, nonnihil superioribus iudicibus derogatur. iam 2
dudum enim u. c. et illustris Auchenius Bassus noui pontis
opere perspecto sub actorum confectione signauit culpam uel
diligentiam singulorum. denuo successor eius eadem loca
rimatus asseritur. dehinc cum apud me ex rescripto, quod
Cyriades u. c. impetrauit, recidiua cognitione confligerent
atque ipsis consistentibus censuissem, ut utriusque tam sum-
ptus quam aedificationem inuestigatio discussionis inquireret,
u. c. Auxentius repente deseruit iudicatum. de cuius facto 3
missurus relationem, quam sollicitudo intermissi operis ex-
igebat, alia numinis uestri decreta rursus accepi, quibus
examini meo u. c. et laudabilem uicarium copulastis, ut utro-
que residente accusata pontis uitia quaererentur. nec obsequium
defuit imperatis. itaque adhibito u. c. tribuno et notario Afro-
disio, cui post Auxentium u. c. nouarum molitionum cura
legata est, habita est de his quaestio, qui pontis eiusdem
fundamenta posuerunt. atque ita constitit partem breuem 4
atque discretam sub exordio hiemis inchoatam ui fluminis
corruisse, cuius impendium uiginti solidorum definitione
artifices aestimarunt. sed casus partis istius utpote adhuc a
cetero corpore segregatae nihil uidetur iniuriae locis distan-
tibus attulisse, quam facili aedificatione reparandam Cyriades
u. c. pollicetur. post haec alterius loci exploratio hiulcam 5
compagem lapidum deprehendit, quam Cyriades comes et
mechanicus consilio suo et ratione artis ita positam suggere-
bat, ut infuso postea † inpensarum liquore hiantia stringerentur.
quod cum facere debuisset succedentis industria, affectasse
potius dicitur, ut in auctoris inuidiam patula quaeque feni
et sparti manipulis clauderentur. quod cum asstrueret recita-

---

1 DD. Imperatores *edd.* 4 Auchenius **T** *et Sirmondus:* Anthemius *edd.* pontis noui *edd.* 5 confectionē **T** 6 dılıgentıam **T**: negligentiam *edd.* 8 recıdıuıua **T** conflıgerent **T**: refugerent *edd.* 11 repetende seruıt **T** 14 laudabilem **T** *Gel. sqq.:* spectabilem *Jur. 2. sqq.* 15 uıcıa **T** ımp&rastıs **T** 16 afrıdısıo **T** Aphrodisio *edd.* 18 habıtata **T** agitata? *cf. rel. 21, 3. 28, 5. 30, 3. ep. V, 76 (Jur.).* 24 felıcı **T** 25 u. c. **T** *Jur. 2. sqq.:* uir consularis *Gel. sqq.*
29 industria **T** *et* (industria, affectasse) *Suse:* debuisset, succedentis industriam affectasse *edd.* 30 patula quaeque *om. edd.*

tione gestorum, factum quidem urinandi artifex non negauit, sed ex usu operis, non in dehonestamentum Cyriadis c. u.
6 asserebat remedium huius modi esse prouisum. tunc responsionum uarietate commoti coercuimus a praeteritis discrepantem. at ille Cyriadem sibi ait dudum fuisse terrori. quod credibile non uidetur, cum illius temporis cognitor ad fidem ueri districta quaestione peruenerit. interea Cyriades u. c. facilem profectum esse suggessit operis sarciendi, cuius stabilitatem, sicuti assertum est, hiems tertia non resoluit. ipse autem de aedificationibus Auxentii u. c. et de usurpatione
7 inmodici auri nonnulla iudiciis intimauit. quae ideo gestorum paginis placuit applicari, ut aeternitas uestra cunctis per ordinem patienter auditis prouidere dignetur, quem ad modum concertantium aemulatione conpressa et integritati sumptuum et firmitati operis consulatur.

RELATIO 27.

Ut uestri numinis ueneror sanctiones, ita obseruantiam iugem saluberrimis diui genitoris uestri inpendo decretis. quid enim ille constituit, quod possit publica cura deserere? is inter alia, quae in bonum publicum contulit, etiam medendi professoribus dedit ordinem successionis, si locum quempiam decedentis fortuna nudasset. qua lege cautum est, ut primi artis eiusdem de nouorum scientia iudicarent. hanc formam,
2 quantum asserunt, aetas secuta seruauit, ddd. imppp. nunc Iohannes u. p. non eum gradum, quem surrogandis dederunt scita diualia, sed summo proximum conatur adipisci fultus palatinae militiae priuilegio et impetratione specialis oraculi, quo Epicteti archiatri locum tunc adhuc superstitis impetrauit. sed quia lege et more cogentibus summates eiusdem professionis par fuit in examen acciri, adhibitum est iudicio

1 murınandı T 2 c. uır T: V. C. *Jur. 2. sqq.*, consularis uiri *Gel. sqq.* 8 prospectum *edd.* 9 tercıa T 10 u. c. T *Jur. 2. sqq.*: uiri consularis *Gel. sqq.* 11 iudiciis *Suse:* ıudıcıs T, indiciis *edd.* 12 applicari placuit *edd.*
rel. 27. Gel. 26. Jur. 40. Par. 47. 16 D. Theodosio semper Aug. Symmachus v. c. Praef. Urb. *edd.* *cf. Goth. ad C. Th. 2, 4, 4.* 17 ob senuantıam T 20 *est Valentiniani et Valentis constitutio C. Th. 13, 3, 9.* 24 D. Imperator *edd.* 25 up̄. T *et Jur. 2. sqq.* (= uir perfectissimus): uir patricius *Gel. sqq.* 26 diualia scripta *edd.*
29 summatıs T

collegium omne medicorum. quorum potissimi inter uenerationem legis et noui beneficii reuerentiam iudicare non ausi eum locum Iohanni u. p. statuerant deferre nudum, quem tenere potuisset, si eo tempore, quo aulae obsequiis deputatus est, archiatrorum numero fuisset adiunctus. sed cum ab eo palatini honoris indicia poscerentur, ut codicellorum praerogatiua monstraret, quis illi inter archiatros ordo competeret, asseruit domestica expilatione etiam documenta dignitatis ablata. at uero pars magna medicorum munita lege diuali eorum exempla deprompsit, qui e palatio in hunc gradum seruato ordine transierunt. quare motus ambiguis et neque diui genitoris uestri ausus rumpere sanctionem neque obuiam specialibus uenire praeceptis, diuino arbitrio numinis uestri subditis allegationibus partium summam negotii seruaui, opperiens quid deliberatio augusta constituat, cui soli fas est de scitis diualibus iudicare.

(margin section numbers: 3 at "uenera-", 4 at "diuali")

RELATIO 28.

Quid possint iusti principes culpare, praesentio. in causis etenim, quibus momenti reformatio postulatur, appellationes recipi non oportet. sed consulto nunc obiectum prouocationis admisi, ut in examen clementiae uestrae et inuasionis indignitas et modus iudicii perueniret, ddd. imppp. nam Scirtius u. p. ereptam sibi partem Caesarianae massae crebra aditione conquestus, cum integrationem status quem amiserat inpetrasset, heredes Thesei, qui reluctarentur, obiecti sunt. tunc uero Artemisius Olybrii clarissimi atque illustris uiri actor executori, ut ipse professus est, obuiauit. et cum ad 2
pernoscendum possessionis statum loci habitatores adesse iussissem, in iniuriam legum Rufino officiali iussa curanti qui deducebantur abrepti sunt. gesta indicabunt facti inciuilis

---

1 paucissimi *Goth. ad C. Th. 13, 3, 13.* deferendum? 5 Sed *nos:* et T *edd.* 6 indicia T: officia *edd.* codicillorum *edd.* 8 documenta sibi dignitatis *edd.* 10 depromsit T 14 reseruaui *edd.* 15 operiens T

rel. 28. Gel. 27. Jur. 41. Par. 48. *cf. A. v. Bethmann-Hollweg. Der roemische Civilprocess III, p. 363.* 17 D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Urb. *edd.* 18 principis T 20 recepi T 22 D. Imperator *edd.* 23 scricius T cesarianę T 24 aditine T 26 Tunc *nos* Duro T tum *edd.* olybri T clarissimi uiri atque T 27 exequutari T 29 Ruffino *edd.* 30 adrepti T

auctores. interea distuli uindictam iudiciorum et rursus officio negotium dedi, ut necessarios euocaret. tunc cessantibus
3 actoribus clarissimae domus ceterisque subtractis ad contradicendum Thesei surrogantur heredes, uno tantum exhibito, qui se assereret libertum esse defuncti. is interrogatus, quo abissent incolae praediorum, delituisse nonnullos, Scirtii uero mancipia ad urbanam uillam, quae est clarissimi et illustris uiri Olybrii, translata respondit. cetera ut a liberto Thesei dicta praetereo, licet in eum praescriptio ista non competat,
4 cum a patre minorum beneficium libertatis acceperit. his ita positis Praenestini curiales, quorum in regione Caesariana possessio iacet, missis apparitoribus exhibentur. tunc demum u. c. et spectabilis Olybrii procurator emergit. adest etiam defensor minorum tandem cogentibus iudiciis postulatus. Scirtio aduersum duos pugna proponitur, quamuis patrocinia clarissimae domus et successorum Thesei quadam specie dissiderent.
5 itur in quaestionem possessionis; quae partium uariis agitata conflictibus ad interrogationem testium iure transiuit. admoueri singillatim, ut mos est, iubeo curiales. nominum et dignitatis ab uno quoque posco responsa. tunc locorum iustos possessores requiro. dehinc percontor, quis annuas functiones aut indicta persoluerit. cum secundum Scirtium testimonia cuncta procederent atque eam possessionem cum Theseo tenuisse constaret, quando aut per quos deiectus esset examino. secundum fere uel tertium mensem manare consentiunt, ut eum
6 clarissimae atque illustris domus homines expulerunt. auditis optimatium testimoniis denuo cum defensoribus admitto iurgantes. quaesita et responsa partibus intimantur. ibi Tarpeius u. c. procurator illustris uiri Olybrii asseruit ei sex uncias praediorum Thesei morte quaesitas. contra Scirtius

---

2 negocium **T** 3 actoribus *Bethm.-Hollw.:* auctoribus **T** *et edd.* 4 theseis **T** exhibiti **T** 6 scirti **T** 9 praetereo *nos:* praeterea **T** praeteream *edd.* in eum *edd.:* cū **T** 10 a *om.* **T** is **T** 11 Praenestini, in quorum finibus Caesariana *edd.* curialis *et* cesariana **T** 13 olybi **T** 14 *recte interpunxerunt Suse et Bethm.-Hollw.:* minorum. Tandem . . postulatus, Scirtio *edd.* 18 admoneri *edd. cf. rel. 25, 2. et* ep. X, *9 (Jur.).* 19 *recte uerba distinxit Suse:* curiales nominum et dignitatis. Ab unoquoque *edd. cf. rel. 48, 2. (32, 1. 38, 2.)* 20 tum *edd.* 25 testium mense manere **T** 26 expulerint *edd.* 27 denuo defensores admitto *edd.* 28 intimaretur **T** 29 olybri **T** 30 unctias **T** scyrcitius **T**

de sex unciis, quas minores etiam se consentiente retinebant,
non ibat infitias nec sua interesse dicebat, actores clarissi-
mae domus an heredes Theseі eadem parte fruerentur. tunc 7
actionibus copulatis Scirtium urgere coeperunt, quod secun-
dum mandatum clarissimae memoriae feminae Farianae sex
uncias Theseo per epistolam reddidisset, sex uero alias in
eius liberos contulisset spontanea largitate. ad haec Scirtius
idem litteris familiaribus quod donationibus in Theseum uel
paruulos transfusum esse dicebat ipsius petitu, ut actorum
fides beneficium roboraret. et re uera cum posteriora gesta
pro indiuiso sex uncias massae in eos conlatas esse testentur,
intelleximus partem donatoris exceptam. cur enim pro in-
diuiso daret, si nihil resederat, quod ipse retineret? sed haec 8
cum ad proprietatis causam dicerem pertinere, recitata est
a defensoribus constitutio, quae iudicibus tribuit copiam, non
imponit necessitatem, ut quotiens de possessione successionis
iudicant continuo si casus tulerit etiam de iure cognoscant.
qua actione confessi sunt ad aliam se causam malle transire.
praeterea non solus Scirtius proprietatis quaestione uidebatur
urgendus, cum ipsi quoque inter se super hac parte quodam-
modo dissiderent. quare de possessione secundum documenta 9
Scirtii et principalium testimonia iudicaui: aduersariis eius
sex unciarum retentione et iure firmatis. principalem uero
causam saluis actionibus partium futuro examini reseruaui.
et mox sententiae exemplar emisi, cum eius editionem pro- 10
curator spectabilis uiri continuo postulasset. tunc Scirtius
optulit sanctiones, quibus doceret in reformatione momenti
nullum esse appellationibus locum. postridie procurator cla-
rissimi et illustris uiri ac defensor minorum, qui putabantur
in iudicio discrepare, concordiam suam iunctis prouocationibus
indicarunt. haec est omnis summa luctaminis. nunc oraculum 11

---

1 retinebat **T** 2 inficias **T** ducebat **T** 3 frueretur **T** 4 scyrtium **T** 5 cm̄. **T**, C. *edd.* Facianae *edd.* 6 untias **T** 7 scyrtius **T** 13 nihil resideret, quod retineret *edd.* hoc *edd.* 17 continuo sus si **T** 18 causam se *edd.* mallem **T** 19 scyrtius **T** 20 urguendum **T** 22 scyrti **T** 24 solius **T** actionibus (*cf. e. g. 19, 1. 2. 7.*) *nos:* gationibus **T**, allegationibus *edd.* 25 exempla remisi **T** 26 scyrtius **T** 29 clarissimi et illustris uiri (Olybrii) *Bethmann-Hollweg:* clarissimus et in. L. **T** *atque* (illustris) *edd.* putabantur *Bethm.-Hollw.:* putabatur **T** *et edd.* 31 inducarunt **T**

numinis uestri fortuna litis expectat. gesta et supplementa partis utriusque subieci: quibus instructa perennitas uestra exemplo unius causae securitati omnium dignabitur commodare.

RELATIO 29.

Uendendis solidis, quos plerumque publicus usus exposcit, collectariorum corpus obnoxium est, quibus arca uinaria statutum pretium subministrat. huic hominum generi taxationis exiguae uilitate nutanti diuus frater numinis uestri tantum pro singulis solidis statuit conferendum, quantum aequitas illius temporis postulabat, ddd. imppp. sed paulatim auri enormitate crescente uis remedii diualis infracta est, et cum in foro uenalium rerum maiore summa solidus censeatur,
2 nummulariis pretia minora penduntur. petunt igitur de aeternitate uestra pro ratione praesenti iustae definitionis augmenta, qui iam tanto oneri sustinendo pares esse non possunt. haec est causa querimoniae, quam diuinis sensibus uestris fides gestorum plenius intimabit. si petitionis genus probabile iudicatis, quaeso ut huic quoque parti praecepto mansuetudinis uestrae salubre remedium deferatur.

RELATIO 30.

Palatini munerationum sacrarum Auitus et Castor quaestus publicos eruentes inter cetera nomina, quae iudicio persequuntur, heredes Postumiani u. c. in examen meum conuentionibus euocarunt, ddd. imppp., Luciano monente, qui census senatorios ante tractauit, quod oblatiuis functionibus eadem domus esset obnoxia. pars debiti Lollianam, pars

---

1 supplımenta T 2 subıecıq; quıbus T

rel. 29. Gel. 28. Jur. 42. Par. 49. *cf. Th. Mommsen, Verfall des roemischen Münzwesens. Ber. der sächsischen Ges. d. Wiss. phil.-hist. Kl. 1851 p. 302.* 5 D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Urb. *edd.* 7 obnoxā T statuta T 8 p̄cıum T 9 uılıtatı T 11 D. Imperator T

12 ınormıtate T 14 pręcıa T 15 praesenti iustitiae diffinitionis *Gel. Jur. 1. Lect. 1.*; praesenti iustissimae diffinitionis *Lect. 2. 3, Par. Wing., unde Mommsen* iustissima; praesentis iustitiae diffinitionis *Jur. 2. Sciop.* 18 ıntımauıt T

rel. 30. Gel. 29. Jur. 43. Par. 50. 21 D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Urb. *edd.* 22 Amicus *edd.* 23 persequantur T

24 depostumıanı T 25 D. Imperator *edd.* 27 ea demum domus *Lect. 2. 3. Par. Wing.*

Catcianillam pariter ac Seuerillam suggerebatur *urgere*. interea 2
sequestrato Lollianae c. f. nomine, quam pro sex unciis stringit exactio, harum orta refragatio est, quas pro singulis bonorum quadrantibus solutionis cura mordebat. conperendinato plerumque iudicio res eo deducta est, ut fisci patrocinium securitates a clarissimis personis impleti per uices muneris flagitaret, Catcianillae uero ac Seuerillae defensio rescripto ad relationem diui principis niteretur. uetus enim 3
quaestio et cognitionibus praefecturae frequenter agitata usque ad inclyti semperque uerendi genitoris uestri cucurrit arbitrium, qui Uiuentii clarissimae et illustris memoriae uiri tunc praefecti urbis insinuatione consultus quadam rescripti parte signauit suis quibusque temporibus a Catcianilla ac Seuerilla clarissimis feminis oblatiua munera soluta constare.
hic me nodus iam promptum atque declinem ad efflagitanda 4
illationum documenta defixit, cum uideretur omnibus securitatibus esse uehementior imperatoris assertio. de cuius responsis iugi honore mansuris uestrae clementiae fas est esse iudicium. nos uenerari potius quam interpretari oracula diuina consueuimus. praesto sunt monumenta gestorum, partium quoque supplementa non desunt. aequum est, ut maiestatis uestrae informetur arbitrio humana cunctatio.

RELATIO 31.

Moribus scaeuis familiare atque cognatum est armare spiritus impunitatis exemplo, ddd. imppp. cur enim secundum desperet effugium, qui laqueos criminis prioris euasit?

---

1 Cattianillam *hic et infra edd. nomen non inueni.* Seuerellam *hic et infra edd.* urgere *om.* T 3 astringit *edd.* harum *nos:* horum T *et edd.* quas T: quos *edd.* 6 securitates *Lect. 2. sqq.*, securitatis T *Gel. sqq.* 8 rescripto ad relationem diui principis niteretur T (*sed* 'scrıpto') *et Suse:* scripto ad relationem diui principis mitteretur *Gel. sqq.*, scripta ad rationalem diuini principis mitteretur *Jur. 2. sqq.* (rationem *Par. et Wing.*) 10 gerendı T 11 uıuentıı T: Iuuentii *edd. cf. Haenel ad C. Th. 15, 7, 1. Ammiani editiones tribus locis* Iuuentius *habent, sed Eyssenhardto teste in cod. Vatic. 27, 3, 11 et 30, 5, 11* uıuentıus *legitur, quod mihi uidetur scribendum.* 14 soluta T *et Lect. 2. sqq.:* solita *Gel. sqq.* 15 hic me nodus iam *nos:* hıc me dodusıā T, hoc me dudum *edd.* declıuem T

rel. 31. Gel. 30. Jur. 44. Par. 51. 23. D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Urb. *edd.* 24 saeuis *Gel.* 25 impunitatis T *Lect. 2. sqq.:* immunitatis *Gel. sqq.* D. Imperator *edd.*

praesenti causae congruit praemissa sententia. siquidem Ualerianus uir clarissimus, cui lar in Epiro esse suggeritur, neque rescriptorum ueneratione neque legum seueritate uel
2 pactionum fide aut iudiciorum reuerentia permouetur. qui primo in examen praetorianae sedis iussus acciri ad supplicationem u. c. Iunioris uim rescripti statu praecelsae potestatis elusit. dehinc proconsularibus euocatus edictis leges pari arte frustratus est. nunc cum et actione ciuili et criminali accusatione premeretur, statutis inciuiliter repugnauit, ut apparitores praefecturae urbanae partim notoriis partim suggestione signarunt. quorum unus agente in rebus eo mortuo, ad quem sacri praecepti executio pertinebat, affectum
3 se a Ualeriano grauibus iniuriis indicauit. motus igitur indignitate talium querelarum, cum uiderem rursus illudi posse iudiciis, si quid seuerius censuissem, factu optimum credidi, ut aeternitati uestrae causae istius pontificium reseruarem. soli enim iure corrigitis admissa potissimae dignitatis. fides rerum gestis cohaerentibus explicatur. nihilo minus adseruatur regressus apparitor, qui contumaciam senatoris et seruiles impetus nuntiauit suggestionibus suis, cum forte usus tulerit, affuturus. quaeso aeternam clementiam uestram, ut omnibus solita aequitate perpensis euagari ulterius frustratorem tot iudicum non sinatis.

RELATIO 32.

Difficile est, ut bona causa sit, cuius actio in ius alterius desperatione transfertur. id adeo res probauit, ddd. imppp. nam Theodorus, ut asseruit, ex protectoribus ab Anniana quadam in rem suam procurator creatus iam pridem clarissimo atque emendatissimo uiro Eupraxio urbanis tribunalibus

---

6 statum T 8 fustratus T nunc T: nam *edd.* 10 notoriis *nos:* notoris T, notariis *edd. cf. Juretum 2. ad rel. 25 (Jur. 38) et Mommsen ad Dig. 48, 16, 6, 3.* 11 agenti in rebus, eo *edd.* 16 aeternitatis T pontificum T 17 fides gestis rerum *edd. cf.* rerum fides *rel. 21, 3.* 18 adseruatur *nos:* adseruatum T, ad senatum *edd.* 19 contumatiam T 22 fustratorem T

rel. 32. Gel. 31. Jur. 45. Par. 52. 24 D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Urb. *edd. cf. Goth. ad C. Th. 2, 6, 3.* 26 D. Imperator *edd.* 27 exprotectore *Jur. 2. sqq.* (ex pectore *Par. Wing.*). 28 in re sua *edd.* 29 Eupraxio T *Sirmondus Corsinius:* Cuprasio *edd.* tribunalibus T *Lect. 2. sqq.:* tribulationibus *Gel. sqq.*

praesidente Flauianum quendam denuntiata lite pulsauit, sed
diem legitimum causae lapsus excessit. longo interuallo a 2
me petita reparatio cum partes ad necessarium contraxisset
examen, post multas allegationes, quas iudicia ut inualidas
respuerunt, orta praescriptio est, quae assereret nouari tem-
pora possessore mortuo debuisse. nam constabat non modo
Flauianum, qui propositam legibus quaestionem primus ex-
ceperat, sed etiam successorem eius finem fecisse uiuendi.
ad hoc promissa est lectio ueluti probatura indiciis noua- 3
tionem tantum petitoris heredi esse decretam. quod uerbo
quidem assertum, sed sanctionibus non probatum contrariae
legis recitatione conpressum est. secutus igitur scita mani-
festa et nullis principum uacuata responsis cessare processum
negotii iudicaui, cum lis alteri denuntiata aliam personam
temporibus nouationis etiam exactis tenere non posset. tunc 4
oblatis prouocationis libellis suspensa sententia. cuius meri-
tum perennitas uestra lectis gestis ac refutatoriis cohaeren-
tibus aestimabit. ego in referendo prolixus esse non debui,
cum paene in ipso actionum uestibulo repulsa legibus causa
constiterit.

RELATIO 33.

In causis appellationum malo ius potestatis infringere,
quam interpretationum dubia sustinere, praesertim conscius
haud iniquae iudicationis, cui nonnihil honoris eueniet, si
aeternitatis uestrae oraculo roboretur, ddd. imppp. tuli igitur 2
Constantium suarium temere prouocantem, cum ex rescripto
numinis uestri statum, quem Theodosio absenti ademerat,
reformassem. mota enim uestra clementia supplicationis que-
relis breui examine iussit inquiri, an Theodosio extra con-
flictum locato ac deinde, ne rebus excideret, prouocante

2 elapsus T 3 petita a me *edd.* 7 ꝑpositam T 9 adhoc T *Jur.* 2. *sqq.* ad haec *Gel. sqq.* praemissa *edd.* probatura T *et Suse:* probatur *edd.* *uel* iudiciis *(cf. l. 4) uel* iudicii nouationem (= actionis restitutionem) *scribendum uidetur* 12 scit T 14 negocii T 15 *uerbis* 'nouationis etiam' *hic omissis edd. infra habent* prouocationis etiam nouationis libellis. 18 aestimauit T 19 pene T
rel. 33. Gel. 32. Jur. 46. Par. 53. 21 D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Urb. *edd.* 22 instringere T 25 D. Imperator *edd.* tulli T 28 supplicationis *nos:* supplicationibus T, supplicationibus et *edd.* 30 excederet T

possessionem corporum Constantius esset indeptus. allegata igitur praeceptione diuina primo cognitionem totius negotii, quamuis speciatim mihi tranquillitatis uestrae delegatione mandatam, uiri clarissimi uicarii praesentiae reseruaui. siquidem uidebatur haec causa ceteris prouocationibus esse coniuncta, quae u. c. prodecessore meo negabantur admissae et
3 alterum mecum sumpserant cognitorem. dehinc ubi eam partem, quae ad illius temporis iudicem pertinebat, uestro retinuistis examini, appellationis inquisitione discreta, cum iam participem iudicii non haberem, turbatae possessionis querelam rescripto obsecutus audiui. et quia Theodosium iudicio non interfuisse constabat, quo sibi demptas questus est facultates, nec ulla precum mendacia Constantius detegebat, executus sum circa germanum supplicatoris heredem caeleste iudicium reformato statu, quem claruit mox proposita appellatione defensum, licet cultus subditus quaestioni libellos, quos Theodosius publicauit, apud se resedisse memorauerit. nihilo minus oboediens inperatis statui, ut fides gestorum
4 superiorum ad augusta scrinia mitteretur. hinc orta est prouocatio, cuius uel iustitia uel contumacia sacro expendetur arbitrio. interea constitutionis memor sequestrari mobilia fructusque praecepi, ne medii temporis usurpatio abutatur indebitis. omnium gestorum fida documenta cum supplementis partium relationi ex more sociata sunt, ut diu fluctuanti causae tandem stabilem terminum diuino ore ponatis.

RELATIO 34.

Omnes, qui ad amplissimos honorum gradus iudicio clementiae uestrae uel fauore prouehimur, summo studio debemus eniti, ut famam saeculi suggestionum ueritate tueamur, ddd. imppp. quod enim genus gratiae beneficiis principum rependendae fortuna impar inueniet, si fidem deserat, quae sola munit

---

1 indemptus T 6 praedecessore *edd. cf. ad 20, 1* 7 sumpserant *nos:* sumpserat T *et edd.* 16 ?defensum. Licet . . memorauerit, nihilo minus 17 redisse T 21 sequestrari T *Lect. 2. sqq.:* sequestraui *Gel. sqq.* 23 cum *om. edd.*

rel. 34. Gel. 33. Jur. 47. Par. 54. 26 DD. Theodosio et Archadio semper Augg. Symmachus Praef. Urb. *edd.* 29 D. Imperator *edd.* 30 repetende fortuna impar inpar T 31 muniat *Gel. Jur. 1. Lect. 1.*

imperium? contemplanti mihi igitur rescriptum numinis uestri, 2
quo arcae uinariae debita a praefecto eius temporis, quo con-
tracta dicuntur, erui censuistis, silere fas non fuit, quid tem-
porum uestrorum congruat aequitati. iam dudum stupere me
fateor caelesti mansuetudini uestrae totius orbis negotiis occu-
patae litteras diui Constantii ita esse suggestas, ut comminatio
sub conditione deprompta instar cuiusdam debiti duceretur;
dehinc tacitum quodam casu de ea parte rescripti, quae tene-
bat officium, ut persona iudicis tamquam uilior apparitorum
suorum impunitate premeretur; tertio quod ea summa soli- 3
dorum, quam cognitio et relatio uiri illustris decessoris mei
ex maiore parte solutam probauit aerario, tamquam debita
et intacta deposcitur. atque ideo inter multa curarum sum-
matim nonnulla tractanda sunt. namque XI milia CCCC XLVI
solidos ex eo anno, qui Sergii et Nigriniani sequitur con-
sulatum, sacris accessisse thesauris et praefecturae inquisitio
et discussorum litterae et u. c. decessoris mei scripta docue-
runt. inter haec igitur tam multa ualida fidem clementiae 4
uestrae debitam silentio uiolare non potui, cum uestrum quo-
que numen aduerterem solita cautione neque iudicis nomen
signasse rescripto et aestimasse quod conueniendus luce frue-
retur. nam quando clementia uestra uim ueteris comminatio-
nis in mortuum tetendisset, cum etiam grauium noxarum
poena fine uitae soluatur? at uero iste terror diui principis
litteris conprehensus ne uiuentem quidem posset urgere. gra-
uia enim subiectis saepe minitamini acuendi potius studio
quam nocendi. hoc etiam diuus genitor tuus in omnium semper
animis et ore uicturus pia lege constituit, qui sententias quo-
que sub comminatione depromptas effectu atque exsecutione
uacuauit. hanc uero conditionem, quam diuus Constantius 5
adiecit litteris suis, multa quae post uisa sunt subruerunt.
nam eodem principe adhuc orbem regente ad Tertullum prae-
fectum urbi memorabilem uirum migrauit exactio. quae si

---

3 dicitur *Gel. Jur. 1. Lect. 1.* dicuntur *Lect. 2. in ms. Pith. esse dicit.* 4 dudum **T**: primum *edd.* 5 negocus **T** 7 diceretur? 9 personā **T** 10 tercio **T** 11 praedecessoris *edd.* 12 probauit, aerario tamquam *edd.* 17 praedecessoris *edd.* 22 quomodo *Mercerus Lect. 2. sqq.* 23 grauium etiam *edd.* 24 poenā finem **T** error **T** 28 sententiam *et* depromptam *edd.* 31 iusa *ex* iussa *corr.* **T** 33 urbis *edd.*

hominis non potestatis fuisset, circa personam prioris iudicis
oportuisset haerere. nec multo post tempore inclyti Juliani
Maximum pari honore praeditum tunc tituli istius cura con-
6 uenit. diuo etiam parente numinis tui Romana iura et fata
moderante praefectis ac discussoribus mandata prouincia est
et per uices administrantium publici debiti cucurrit exactio.
nouissime relatus in caelum germanus clementiae tuae cum
ipsum Basilium c. u. haberet appositum, qui personis iudicum
non pepercit, primiscrinios urbani officii, quorum sollicitudo
per successiones exigenda curauerat, uel soluendo nomini uel
7 edendae rationi fecit obnoxios. itaque a u. c. ac probatissimo
Anicio Basso et Auentio uiro spectabili frequentata cognitio
et solutam maiorem partem deprehendit et prouincialium
iudicum repperit sponsionem, qua professi sunt, si urbanum
cessaret officium, per se huius tituli integritatem posse sar-
ciri. si igitur haec legibus conferantur, pronuntiabit aeter-
nitas tua in professione uerum esse nexum, in comminatione
terrorem. quid, quod proxime apparitio cogendis prouincia-
rum iudicibus admota spem debiti eruendi fecisse suggeritur?
non est meum famae incerta sectari. inueniet diuina maie-
8 stas tua, cur huic exactioni perpes cura defuerit. nam socerum
meum clarissimae memoriae uirum Orfitum petit ista molitio,
cuius heredes u. c. et illustris officiorum magister asscripsit
litteris suis, cum tuae mansuetudinis uerecundia nullum sacro
oraculo nomen expresserit. quid ergo? existimem merito illius
factum, qui maior honoribus quam facultatibus ante annos
fere quindecim uitam peregit, ut comminatio saepe lecta
semper omissa et nouis post sepulta decretis, quam neque
lex diualis admittit et solutio magnae partis exclusit, resur-

---

1 hominis potestas fuisset *edd.* 2 oportuisset *nos*: potuisset T *et edd.* inclyti Iuliani T: in Clytholiam *edd.* 3 patri T praedictum T tunc praeditum *edd.* 5 prouintia T 6 cucurrit T *et Suse*: occurrit *edd.* 8 cũ ipsũ basilium cũ. cum haberet (linea infra 'cum' ducta) T: eum ipsum Basilium cum haberet *edd.* iudicium T 9 primi scrinio sorbani T 10 soluendo *edd.*: sollicitudo T 11 aedendae T itaque et a *edd.* 12 anitio T 13 partem debiti *edd.* 16 haec igitur si *edd.* pronuntiauit T 17 ura *(linea infra ducta)* tua T: uestra *edd.* 18 proxime *Suse* proximę T proxima *edd.* apparatio cogendi T *recte*? 19 debitis eruendis *edd.* 23 heredis T 25 Quid ergo existimem *edd.* 27 comminatio T *et Lect. 2. sqq.*: consummatio *Gel. Jur. 1. Lect. 1.*

gat in mortuum, quae non offuit ante uiuenti? an meae potius 9
contumeliae causa et ordinem tot ac talium statutorum et
diui Gratiani recentem praeceptionem et discussorum diligen-
tiam et praefectorum cognitiones et relationis fidem nouis
suggestionibus arbitrer sauciari? testor custodem numinis
uestri deum nihil esse, quod iniuria dignus existimer. quieto
mihi hanc praefecturam sine ulla affectatione tribuistis. si
quem forte mordet inuidia, si alicuius desideriis rei publicae
amore non cessimus, cogitet priuata odia aduersum leges ex-
ercenda non esse. postremo cognoscat, si quis ille est, me 10
meosque successionem clarissimae atque illustrissimae memo-
riae uiri Orfiti neque ratione iuris neque bonorum aditione
cepisse. quaeso igitur, ne in contumeliam iudicii uestri et
iuri et innocentiae fraus paretur. quando enim absentibus
atque ignorantibus inter alios gesta nocuerunt? quis umquam
sententiam numinis uestri inauditus excepit? quando com-
minatio ad heredes usque porrecta est? certe ut ipsam causam
loquar, quae me ac necessitudines meas uobis propitiis nullo
iure contingit, pars maior debiti soluta monstratur, in eui-
dentibus nominibus pars resedit. cuius studio absoluendi
sunt debitores, ut implicentur innoxii? quare insitam diuinis 11
sensibus uestris oro iustitiam, ne aduersum diui Gratiani
definitionem, aduersum rescripta tot principum quae prae-
fectis debita eruenda mandarunt, aduersum relationem quae
uberiorem summam docuit exsolutam, reliquum uero secun-
dum rectorum litteras exculpendum ab obnoxiis intimauit,
ignaros negotii et paternae hereditatis alienos pulsari incon-
grua conuentione patiaris, neue exemplum nouum pius imperator
inducas, ut successio hominum, qui rei publicae profuerant, ad
liberos secura non transeat. multos haec forma retinuit et 12
plerosque, ut arbitror, iustius, si qui forte prouinciis uestris
male abusi sunt. at uero posteritas illustris memoriae uiri
Orfiti nihil ex illo aliud quam generis insigne quaesiuit.

1 non fuit *edd.* 2 ac **T**: et *edd.* 3 gracıanı **T** 6 quo **T** 7 affectatione *Lect. 2. sqq.*: affectione **T** *Gel. sqq.* 8 rp. amore concessımus **T** 21 dıumā **T** 23 diffinitionem̄ **T** *et edd.* qui *edd.* 27 ıgnarus **T** negoçıı **T** 29 successio hominum *nos*: successor omnıum **T**, successio omnium *Gel. sqq.*, successio optimatium *Jur. 2. sqq.* profuerunt *Jur. 2. Sciop.* praefuerunt *Mercerus Par. Wing.* 30 retinebit *edd.* 33 alıum **T**

meae tantum iniuriae studet ista suggestio. nam tenuitati illius frequenter exhaustae nemo testamento nemo nostrum bonorum aditione successit. unde intellegit clementia uestra, quod non metu familiaris causae, quae legibus tuta est, sed temporum amore solliciter, ne ad innocentiam fisci uestri infructuosa tantum recurrat inuidia. et haec quidem cursim, ne mandatum negotium conperendinatio differret, tantum pro coniugis meae Rusticianae c. f. parte quaesita sunt, cuius germana multo angustior facultatibus ex Etruriae longinquis
13 adesse praecepta est. uestrum uero salutare numen omnes precamur, ne, quod de tot prouinciis pro maiore parte iam redditum adhuc difficilis exculpit exactio, senatoriae domus inopinata labes speretur posse persoluere. multis nocuit ista condicio, qui rei publicae praefuerunt. neque enim ius sit, ut ulla familia nouo opprimatur exemplo. quaeso igitur, ut gesta, quae fidem relationis asserunt, audire dignemini legesque percenseatis, quarum plerumque duritiam pro clementia uestra decretis moderatioribus temperastis.

RELATIO 35.

DDDNNN.

Felicitas quidem uestra indefessas populo Romano copias pollicetur, ddd. imppp. sed cautio iudicum suggerenda non deserit, ut diligentia muniat, quod melior fortuna promittit.
2 frumenti cotidianus usus in facili est. olei tantum species uictum plebis tenuiter inuecta sollicitat. cuius rei u. c. praefectus annonae, partium suarum diligens executor, praetorianae amplissimae praefecturae, ut ipse asserit, dudum fecit indicium missis de more breuibus, qui angustias patefacerent conditorum. sed ingrauescente defectu sileri apud clementiam uestram

---

1 tantum T: tamen *edd.* studet *nos:* est. ut & T, est *edd.* 3 adicione T 5 sollicitus *Gel. sqq.*, sollicitor *Jur. 2, sqq.* 7 conperendi ratio T 8 rustitianae T 12 exculpat T 13 lauis T nocuerit *Mercerus Par. Wing.* 14 ius sit (*uel* sinit) ut ulla *nos:* ius sinit ulla, (ll *in* N *corr.*) T, ius fuerit, ut una *edd.*

rel. 35. Gel. 34. Jur. 48. Par. 55. DE INOPIA OLEI T 20 D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Urb. *edd.* 21 pr̄ T 22 ddd. ppp. T, D. Imperator *edd.* 25 inuicta T p̄f. T 26 partium: *item* suis partibus *et* curandi partibus *C. Th. 1, 6, 7 (Haenel).* 28 quae *edd.*

patriae cura non debuit, cuius spes atque opes bonorum principum fauore cumulantur. quare omnes suppliciter oramus, 3
si expectatis preces, qui uota omnium beneficiis praeuenitis, ut quam primum iudices Africanos super hac specie Romanis horreis inferenda diuinus sermo destimulet. nam properato opus est, prius quam reliquum profliget diurna praebitio. addite igitur hoc munus ceteris, quae praestare consuestis, ut cuncta saeculi bona pari affluant largitate.

RELATIO 36.

Dies noctesque sollicitor, ut prompto obsequio diuinae clementiae uestrae iussa promoueam. siquidem non licet longa conperendinatione differri iustitiae ac legibus amica decreta, ddd. imppp. unde cauto opus est, ne existimationem meam per alios adlata praeceptis tarditas deuenustet. nam cum de 2
Macedonio secus de re publica merito itemque Ammiano dudum mihi iudicium perennitas uestra legauerit, Ammianum quidem protectorum attestatione cognoui, cum urbis uicina contingeret, languore consumptum. de Macedonio uaria iactantur, quem iam pridem debuit custodum sollicitudo perducere.
quaeso igitur mansuetudinem uestram, ne mihi fraudi sit mora 3
alieno studio aut torpore contracta, simulque deprecor, ut uenerabilis aeternitas uestra singulatim quaerenda distinguat, si forte designatum reum cognitioni meae prosequentium cura tradiderit.

RELATIO 37.

Soli omnium potestis aeternae urbis expensas a defectu sumptuum uindicare, ddd. imppp. maiestati autem uestrae subditae potestates tantum mediocribus causis ualent ferre medicinam, magnarum uero rerum mole superantur. ad uos 2

---

5 orreis T 6 diuina T, diuturna *Sciop. sqq.* 8 largitate T: bonitate *edd.*

rel. 36. Gel. 35. Jur. 49. Par. 56. 9 D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Urb. *edd.* 13 ddd. ppp. T, D. Imperator *edd.* 14 ablata T 15 *et* 18 machedonio T 15 sequius *Jur. 2. sqq.* rp. T 15 *et* 16 Aminiano *et* Aminianum *edd. cf. Goth. ad C. Th. 11, 30, 41.* 21 corpore T 23 prosequentium T *et Jur. 2. sqq.*: persequentium *Gel. sqq.* 24 tradiderim T

rel. 37. Gel. 36. Jur. 50. Par. 57. 25 D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Urb. *edd.* 27 D. Imperator *edd.*

igitur salutaria numina conuolamus et opem largam populi Romani imploramus aerario, cum iam diu nihil solitorum uectigalium decretae prouinciae contulerunt. atque ideo iustus est metus, ne cessantibus subsidiis necessaria deserantur, quae hactenus personae tenues alieno aere tolerarunt. super hoc etiam reuerendus ordo consultus cum per se mederi affectis rebus nequiret, opem uestrae perennitatis orauit. edita ratio est uectigalium, quae Hispaniensis atque Alexandrinus inuehere debuit commeatus. expensionum quoque titulos
3 competentes cura digessit. quaeso, ut omnibus, quae cohaerent, libenter inspectis utilitati publicae uelox remedium porrigatis; urgentibus enim causis negari non potest illatio sollempnis impendii. quare ferte, ut soletis, propitii auxilium et qui mentibus piis noua populo Romano beneficia defertis etiam prisca seruate, atque urbi uestrae annuere dignemini et quod praetermissio praeterita suspendit et quod futurus usus expectat.

RELATIO 38.

In negotiis tempore ac iudicatione finitis cessare aequum est longae orationis excursum, ne et numinis uestri salutares actus oneret sermo prolixior et sine argumento rerum loqua-
2 citas morosa displiceat, ddd. imppp. cum in iudicio moderatoris Apuli inter Marcellum, qui se deiectum possessione questus est, itemque Uenantium stratorem, ut ipse confirmat, eiusque germanam Batrachiam causa uiolentiae diceretur, prouocatio a reis inconsulta processit, quod prouincialis cognitor promissis litteris ad uicariam potestatem susceptum retineret examen. tunc auditorii sacri iudex rectoris affatu super

1 pr. T 2 solitorum nihil *edd.* 3 prouintiae T 5 actenus T alieno ut queruntur aere *edd.* 6 haec *edd.* 7 afflictis *edd.*, opes imperii affectae *Tacit. hist. 2, 69.* 8 hyspaniensis atque alexandrinus T *et Suse:* Hispanienses atque Alexandrinos *edd.* 10 competentes officii cura *edd.*, competens cura? *cf. D. 24, 3, 22, 8.* 13 propitii ut soletis *edd.* 14 pr. T 16 dignamini T 17 expectat feliciter *edd.*

rel. 38. Gel. 37. Jur. 51. Par. 58. 18 D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Urb. *edd.* 19 negocius T 22 D. Imperator *edd.* 25 uiolenti aedificetur T 27 praemissis *edd.* ***similiter promittuntur relationes*** susceptam T 28 auditori T rectori T

appellatione consultus et praeiudicialem multam statuit a pro-
uocantibus inferendam et ipsum quaesitorem crimini dedit
cum executione uindictae. post haec obreptionibus partium 3
nonnulla gesta sunt, ut iudicatio consummata traheretur. nam
et uir spectabilis decessor meus cum multam didicisset ex-
actam, quam decreto sacri auditorii appellatio praeiudicialis
agnouerat, statuit causam criminis ad se debere transferri,
et ego idem secutus partes in examen acciui. sed cum et 4
tempus reparationis esset emensum, et poenam prouocationis
aut expectaret aut sumpsisset aerarium, uiolentiae quoque
causam et Uenantii ac Batrachiae professio ac quorundam
capitalis dampnatio terminasset, pronuntiaui cognitionem sacri
cessare iudicii et Uenantium, quem u. c. et illustris officio-
rum magister iusserat exhiberi, censui agenti in rebus De-
centio, quo prosequente uenerat, esse reddendum. sed cum 5
Uenantii stratoris inlicitam usurpatamque militiam Marcellus
argueret, quod decurionum asscriptus albo, ut gesta docue-
runt, aduersum leges ad palatina castra transisset, non debui
obiecta reticere, ut in ea re, quae modum mei egrediebatur
examinis, aeternitas uestra ipsis legibus, quas tuetur, augu-
stior iudicaret.

RELATIO 39.

Facit plerumque ratio aut fortuna causarum, ut in con-
trouersiis alter aequitate alter iure nitatur. tunc humano
labante consilio deliberatio cognitoris ad clementiae uestrae
recurrit oraculum, ddd. imppp. quod etiam praesentis negotii 2
qualitas depoposcit. nam Musa annos egressa legitimos cum
in partem rerum paternarum syntrophum quereretur admissum,
quem ueluti adultae suae fratrem dolus Acholii curatoris asci-
uerat, integri restaurationem suffragio iuris accepit. sed multis

1 est consultus *edd.* a *om. edd.* prouocantibus *nos:* prouocatoribus *Contium coniecisse Jur. 2. dicit,* prouocationibus **T** *edd.* 3 opreptionibus **T** 5 multa *et* exacta **T** 9 prouocationis *Lect. 2. sqq.:* probationis **T** *Gel. sqq.* 11 et *om. edd.* quorumdam **T** 13 cessare **T**: esse *edd.* 14 genti **T** 18 ad: et **T**

rel. 39. Gel. 38. Jur. 52. Par. 59. 22 D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Urbis *edd.* 26 recurrit *ex* dec. *corr.* **T** D. Imperator *edd.* negocii **T** 27 deposcit *edd.* annosa **T** 28 syntrophum *Suse:* Syntrophium **T** *et edd.* 30 integram restitutionem *edd.* (integri restaurationem *alius dixisse non uidetur.*)

prouocationibus uariisque tracta iudiciis intra metas iusti
temporis nequiuit exequi propositas actiones. ut res monebat,
3 amissum beneficium remedio integrauit supplicationis. sed
idem mulierem casus etiam rescripti sacri humanitate fraudauit. siquidem mensium quatuor dilata curriculis supremo die temporis impetrati excidit cognitore, quem successor adueniens praemisso interdicto potestate priuauerat. post haec cum uellet infelicem causae lapsum reparatione sarcire, obiectu Constantinianae legis explosa est, quae extra ordinem tem-
4 poribus indultis longiorem negauit excursum. secuta est prouocatio iudicatum. ubi uentum ad sacrae sedis examen et eadem constitutio a Faustino herede Acholii curatoris rursus ingesta est, pars procuratoris, cui actiones Musa mandauerat, non suo uitio causam cecidisse temporibus approbauit. ad hoc parentum numinis uestri diuorum principum protulit sanctionem, quae inter reliquas exceptiones reparationem iur-
5 gantibus tribuit, si per cognitorem causa labatur. cum igitur et in Constantiniana lege, qua reparatio adimitur temporibus extra ordinem datis, casus iste cessantis disceptatoris non sit exceptus et recentiora scita diuorum cunctis negotiis reparatione subuenerint, si forte a iudice deserantur, facilis in alteram partem esse non potui; sed quod unum remedium conuenit rebus ambiguis, fortunam curiosi luctaminis augustissimis legum arbitris reseruaui gestis omnibus adiectis, ut eorum lectio insinuationis meae astruat ueritatem.

---

3 missum T 4 sacri *om. edd.* fraudaret (uit *suprasc.*) T 5 mensuum T *cf. ad 7, 1* summo *edd.* 6 cognitore quem *nos* (*cf. uocem formula excidendi*): cognitorē quem T, cognitor eamque *edd.* excidit: cognitorem namque *Goth. ad C. Th. 2, 6, 1.* 8 infilicem T obiectum T 9 Constantinianae *Lect. 2. 3. C. Th. 2, 6, 1. (a. 316) Par. Wing. Goth.*: Constantianae T *et Gel. Jur. Sciop.* legis Constantianae *edd.* 14 approbabat *edd.* 15 duorum T 16 sanctionem *nos:* sanctiones T *edd. de secunda reparatione admittenda aliam legem ante a. 384 datam non inueni nisi Ualentiniani et Ualentis a. 365. C. Th. 11, 31, 2. porro* scita *uocantur singulae leges in Symmachi relatione 32, 3* contraria lex = manifesta scita *et rel. 27, 2 et C. 5, 17, 8, 8* praesentia scita nostrae maiestatis. 17 tribuit T: tribuunt *edd.* 18 Constantiniana T *et Lect. 2. 3.*: Constantiana *edd.* 20 diuorum principum *edd.* 22 potuit T 23 curiosi T *Gel. sqq.*: cariosi *Jur. 2. sqq. cf. 19, 10* 24 arbitriis *edd.* adiectis *nos:* de iectis T, de more subiectis *edd.*

RELATIO 40.

Urbium populorumque luctamina, quoniam sunt maiora
priuatis, iudicio augustiore censenda sunt, ddd. imppp. merito
Puteolanorum ac Tarracinensium causam, quae post Campani
moderatoris examen ad sacrum auditorium ex prouocatione
migrauit, cum perspicerem pari lance libratam, maiestatis
uestrae arbitrio reseruaui. est autem de quo agitur eius modi. 2
Puteolanis municipibus diuus Constantius centum quinqua-
ginta *milia* modiorum in alimoniam ciuitatis indulsit. quae
summa a diuo Constante regente rem publicam media parte
mutilata est. post Constantius aeque relatus in caelum sup-
plicatione deposita annonam Puteolani populi uiginti et quin-
que milium adiectione cumulauit. atque ita factum est, ut
centum milia eiusdem populi uictus acciperet. sed diuo Iuliano 3
moderante rem publicam cum Lupus consulari iure Campaniae
praesidens Tarracinensium contemplaretur angustias, quod
nihil subsidii decreta dudum oppida conferebant, ne com-
moda populo Romano ciuitas, quae lauacris publicis ligna et
calcem reparandis moenibus subministrat, defectu subito ex-
hausta succumberet, quinque milia et septingentos modios
Puteolanis municipibus derogatos Tarracinensium usui depu-
tauit et amplissimae praetorianae sedi statuta et definita sug-
gessit. Mamertinus id temporis praefecturae honore pollebat.
is cum disposita roborasset, nihilo minus arbitrium imperiale
consuluit neque ullum responsum, quod eo tempore bello
Persico rector imperii tenebatur, accepit. exhinc per aliquot 4
annos cucurrit ista praebitio, donec Capuana legatio apud
diuum atque inclytum Gratianum germanum numinis uestri
sua tantum dampna deplorans eum frumenti numerum, quem
Cerealis ex multis urbibus Romano populo uindicarat, restitui
omnibus impetraret. sed occasione rescripti cum sola triginta

---

rel. 40. Gel. 39. Jur. 53. Par. 60. 1 D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Urb. *edd.* 3 censenda *edd.*: cedenda **T** iudicio augustiori cedenda? D. Imperator *edd.* 4 Terracinensium *etiam infra edd.* 6 lıbratam r *ex* a *corr.* **T** 8 Constantinus *Jur. 2. sqq.* Cl. M. mod. *edd.* 10 rp. **T** 11 post constantıus **T**: post quem N. *Gel. sqq.*, post quem Constantius *Jur. 2. sqq.* 12 XXV. M. mod. *edd.* 14 C. M. mod. *edd.* 15 rp. **T** 16 praesıder& **T** praesideret et? 17 opıda **T** 21 derogata **T** 22 suggesıt **T** 27 denec **T** 30 uındıcara **T** 31 impetraret **T** *Lect. 2. ex cod. Wouerani sqq.*: imperaret *Gel. sqq.*

et octo milia modium, quae horreis aeternae urbis accesserant, prouincialium recuperasset alimonia, etiam quinque milia et septingentos modios Puteolani municipes Tarracinensibus ab-
5 nuerunt. cum igitur haec causa in iudicium prouinciale uenisset, u. c. consularis non considerata summa, quae rescripto diui principis tenebatur, iudicatione generali omnia Puteolanis reddenda decreuit. uerum post appellationem auditorii sacri, cum illum frumenti modum, qui Campanis fuerat restitutus, a quinque milibus et septingentis modiis, quos ob necessitates urbis aeternae ciuitas Tarracinensis accepit, secretum esse perspiceret, manente decreto diualis oraculi ea subsidia, quae Tarracinenses iudicio Lupi et Mamertini praefecti confirmatione capiebant, nec roborare potuit, cum responsi sacri nulla extaret auctoritas, nec demere ciuitati, ne populus utilitatibus aeternae urbis obnoxius iustis commodis indigeret.
6 ergo ut in rebus dubiis fieri amat, ad clementiae uestrae salubre iudicium conuolamus, licet defensio Puteolana post promissam relationem in cassum crediderit prouocandum. praesto est gestorum fides, quae perennitatem uestram possit instruere. quaeso atque obsecro, ut negotio multa aetate nutanti tandem stabile remedium deferatur.

RELATIO 41.

Certum atque dilucidum est nihil esse tam familiare legibus quam uestra decreta, ddd. imppp. sed executorum praua interpretatio dum supplicantibus fauet, plerumque iussa corrumpit. statuerat receptus in caelum germanus numinis uestri, cum Marcianus dudum protector Aggareae bona tamquam uacantia postulasset, ut, si ea hereditas successorem scriptum uel legitimum non haberet, in ius fisci tamquam

---

1 XXX et VIII modium *edd.* milia *addidit etiam Suse* accesserat T 2 alımonıę T 5 consularis *nos* consulares T: *om. edd.* 7 appellatıonem adıutorıı T: appellationem cognitio auditorii *edd.* 10 secretum *nos:* decretum T *et edd.* discretum *Suse cf. relat. 44, 1.* 12 tarracınensıs T 16 fieri amat *nos:* ferıã et T fieri solet *edd. cf. Ammian 17, 1, 7* ut enim rebus amat fieri dubiis; *16, 12, 40* utque in rebus amat fieri dubiis. 18 promissam T *et Jur. 2. sqq:* praemissam *Gel. sqq.*

rel. 41. Jur. 55. Par. 62. 22. D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Urb. *edd.* 24 D. Imperator *edd.* 27 Martianus *edd.* Aggariae *edd.* 28 scriptum successorem *edd.*

nuda domino concederet; tunc insinuato per rationalem patri-
monii modo opperiretur petitor, quid ei sacra deferret huma-
nitas. annus fere secundus est, ut per defensores et rationales 2
augustissimae domus contra iustitiam sollemnis oraculi scripti
fatigantur heredes, licet iam sextus annus a testamenti reci-
tatione numeretur. nouissime fortuna causae impetibilem
scopulum foedae cognitionis incurrit. nam cum apud uirum
perfectissimum rationalem Bassianum primo delator bonorum
secundum sacra scita peteretur, nouo ausu calcata prae-
scriptio est. dehinc cum testamenti iure confecti fidem reci- 3
tatio publicaret, calumnia inanis obiecta est, quod signatores
nescio quid legati ex eadem uoluntate cepissent. adduntur
etiam rescripta diualia, quibus asstipulatio cuiusdam remota
est, qui suam iuuisse causam testimonio diceretur, quasi uero
simile esset exemplum aut tenuis honor, quo subscriptores
ob amicitiam defunctus asperserat, legitimum posset abolere
iudicium. nam si his legibus uiueremus, inimicis signatoribus
tutius uteremur, quorum offensa nihil de testatore humanitatis
exigeret. piget dicere in quinque numero solidis potissimum 4
subscriptoris fuisse legatum. ceteris enim magis commemo-
ratio honesta quam pecuniae quaestus accessit. ergo aut
extremae paupertatis successio fuit, si putatur exiguus honor
legitimi fidem iudicii sauciasse, aut si census hereditarius
existimatur uberior, aliena est a suspitionibus breuis summa
legati. quis non familiarissimum quemque signandis adhibet,
cum extrema conduntur? iam quid mirum est, *si* in oculis
positus mereatur aliquod monumentum religionis, qui meruit
aduocari? non fero signatorem, cui pars bonorum magna 5
defertur. nam etsi integra conscientia non tamen sincero
pudore ditatur. at uero haec leuia pignora aut amoris gratia
aut testatoris uerecundia relinquuntur. nihil huic religioni
nouis legibus derogatum est. manet iste usus et uobis iura
seruantibus semper manebit. unus et solus post humanam

---

1 domino nuda *edd.* 2 quidoei **T** 4 cum iustitia *edd.* 11 puplicaret **T** 12 coepissent **T** 13 scripta *edd.* 15 aut **T**: ut *edd.* subcriptores (b *in ras.*) **T** 16 ob: ab **T** 19 solidos *edd.* 23 fidem legitimi *edd.* sauciasse *edd.*: suasisse **T** *cf. rel. 34, 9.* 24 est auspitionibus **T** 26 si *om.* **T** 27 positus s *ex* m *correcta* **T** 30 leuia **T** 32 nobis *edd.* 33 humani **T**

memoriam rationalis emersit, qui exemplum nouae iudicationis
6 induceret. hinc orta est prouocatio. quae ubi auditorium
sacrum decreto etiam uestrae legis intrauit, rursus eludendi
iudicii causa propositum est inane commentum, ut ab illustri
uiro priuatae rei comite delegata cognitio diceretur rationalis
examini atque ideo rursus ad eiusdem debere transferri,
cum omnis quaestio ex precibus Marciani dudum protectoris
et uestrae clementiae largitate descendens sacro potius audi-
torio ex prouocatione competeret, accedente etiam proxima
sanctione, quae indiscrete huius modi appellationes sedi, quae
7 uicem principum tuetur, prisco iure commisit. examinatis
igitur omnibus pronuntiaui bona obnoxia non esse rescripto,
cum uestri numinis aeterna iustitia, si scriptis aut legitimis
successoribus uacaret hereditas, fiscum statuisset admitti, has
autem facultates Marcellus Bizias et Heliodorus iusta defuncti
uoluntate cepissent. tunc sententiam meam defensor uenera-
8 bilis domus inusitata prouocatione suspendit. sed cum huius
rei nullum *exemplum* cognitionalis extare suggereret, nihilo
minus obiectam uocem libenter admisi et relatione summatim
cuncta conplexus gestorum quoque documenta subtexui prae-
sumens bonis placitura principibus, quae secundum leges pro
fama temporum iudicaui.

RELATIO 42.

Petronianus urbanarum dudum cohortium miles ad corniculorum gradum inculpati laboris diuturnitate peruectus more institutoque maiorum testimonium meruit castrensis industriae, quod ceteris quoque post honestum cursum stipendiorum iudicia detulerunt, ddd. imppp. Ualentiniane Theodosi

---

2 auditorum i *supra posita* T 6 examini T *et Lect. 2. 3:* examinis *edd.* eiusdem *(sc. examen)* T: eiusdem iudicium *edd.* eundem? 7 Martiani *edd.* 8 discedens T 9 accede &iam T 10 indiscrete *nos:* indiscrete T indiscretas *edd.* appellationis T 15 iuxta defuncti uoluntatem *edd.* 16 coepissent T 18 exemplum *om.* T 19 obiectam T: subiectam *edd. cf. Goth. ad C. Th. 11, 30, 42 et 44.*
rel. 42. Jur. 56. Par. 63. 23 D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Urb. *edd.* 25 corniculariorum *edd.* (*C. Th. 8, 7, 8.* post transactos corniculos) peruectus p *ex* p *correcto* T prouectus *edd.* 28 D. Imperator *edd.*

et Arcadi inclyti uictores ac triumphatores semper Augusti. dignum est igitur diuina temporum uestrorum felicitate, ut peractam sine offensione militiam, si perennitatis uestrae pius nutus arriserit, praerogatiua sollempnis exornet.

RELATIO 43.

Curae mihi est, ut qui animis et maiestate congruitis, mutua honorificentia gaudeatis. dignum est igitur, domine imperator Ualentiniane inclyte uictor ac triumphator semper Auguste, ut decretum senatus ad inuictissimos fratres numinis tui, si ita placet, clementia tua insinuante perueniat. quorum 2
auctor et parens, ut dudum u. c. et illustri officiorum magistro scripsisse memini, statuarum equestrium honore decoratus est, quas ei ordo uenerabilis Africani et Brittannici belli recordatione decreuit ea scilicet causa, ut iustis superiorum ducum titulis praesentium circa uos deuotio prouocetur.

RELATIO 44.

Cum mancipes salinarum magno ex numero ad paucos redacti necessitatis publicae molem ferre non possent, delata supplicatione meruerunt, ut his qui ante secreti atque excusati fuerant redderentur, et ex aliis corporibus seu uacantibus iusta supplementa incunctanter acciperent, ddd. imppp. allegata igitur praeceptione diuina, cum plerosque consortio suo ante secretos muniri Macedonii suffragio repperissent, relationem super eorum muniminibus impetrarunt. uestrae tantum clementiae liberum est inique elicita rescripta rescindere. tunc urgente defectu nauicularios aeque lignorum ob- 2

---

1 archadi T 2 uestrorum temporum *edd.* 4 nutus *Halm et nos:* natus T uultus *edd.*

rel. 43. Jur. 57. Par. 64. 5 D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Urb. *edd.* 7 D. Imperator Theodosi . . Auguste *Gel. sqq.* D. Imperator *Jur. 2. sqq.* 9 sẹnatus aduictissimos T 12 me scripsisse *edd.* aequestrium T 13 affricani ėt brittanni T 15 uos T *Jur. 2. sqq.:* nos *Gel. sqq.*

rel. 44. Jur. 58. Par. 65. 16 D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Urb. *edd.* 17 municipes *Gel.* 18 molem l *ex* r *correcta* T 19 hi *Lect. 2. 3. Sciop. sqq.* ante *post* excusati *edd.* secreti *nos:* decreti T *et edd.* discreti *Lect. 2. 3.* 21 D. Imperator *edd.* 23 secretos *nos:* decretos T *edd.* discretos *Lect 2. 3.* macedoni T 24 numinibus T Vrñ n *in* ę *corr.* T, uestrae enim *edd.*

noxios functioni ad parem sollicitudinem uocare coeperunt, ut utriusque corporis cura coniuncta indiscretum munus agnosceret. at illi nonnullos de turmalibus suis tradere maluerunt quam in societatem tanti oneris conuenire. itaque factum est, ut uolentibus iisdem certi homines mancipibus iungerentur. nunc perennitatis uestrae stabilem censionem publica causa deposcit, ne obreptiuis supplicationibus sub-
3 sidia integrati corporis subruantur. relationi gesta coniunxi tam de his habita, quos Macedonii interuentus absoluerat, quam me disceptante confecta, quibus sine uexatione cuiusquam uoluntas nauiculariorum nonnullos mancipibus deputauit. erit iam sacrosancti numinis uestri et illorum antiquare suffragia, quos ostenditur ambitus liberasse, et his obstruere aditum supplicandi, quos sui corporis adiudicauit assensus.

RELATIO 45.

Deuotione et more commonitus magistratuum nomina, quibus uarias functiones designationum tempore amplissimus ordo mandauit, ad aeternitatis uestrae profero notionem, ut muneribus exhibendis aut subeundis fascibus destinatos cognitio imperialis accipiat. his copulati sunt, quos senatui uestro recens ortus adiecit. prolixus in talibus rebus esse non debeo, cum decreti publici fides gestorum potius insinuationem postulet quam largum referentis eloquium.

RELATIO 46.

Etiam si prisca institutio mittendis ad clementiam uestram censuum breuibus cursum uel ordinem non dedisset, ddd. imppp. Ualentiniane Theodosi et Arcadi inclyti uictores ac triumphatores semper Augusti, diligentia tamen boni saeculi fidem publicae instructionis exigeret. siquidem conuenit prin-

---

3 deᵛ manibus **T** 5 uolentibus isdem h *super* i *posita* **T** iisdem uolentibus *edd.* municipibus **T** Gel. 7 supplicationibus **T** *et Sciop. sqq.*: publicationibus *Gel. sqq.* 9 macaedonii **T** 10 ueneratione *edd.* 11 municipibus **T** *Gel.* 13 et inhis **T** 14 adiuuauit **T**

rel. 45. Jur. 59. Par. 60. 15 D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Urb. *edd.* 18 perfero *edd.* notionem, D. Imperator *Jur. 2. sqq.* 19 exibendis **T**

rel. 46. Jur. 60. Par. 67. 24 D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Urb. *edd.* 26 ddd. . augusti (Archadi) **T**: D. Imperator *edd.*

cipes et parentes humani generis edoceri, quid reuerendo
ordini uel senatorum nouorum accessus adiciat uel glebae
excusationibus detrahatur. harum rerum aeternitati uestrae 2
fidum exhibebit indicium trimestris instructio, quam sol-
lempniter sumptam de officio censuali paginis relationis ad-
nexui, ut maiestas uestra cognoscat, qui in amplissimam
curiam collegarum numerus influxerit, et quid censibus sena-
toriis aut noua professio incrementi dederit aut exemptio
ueteris amputarit.

RELATIO 47.

Bellorum quidem uestrorum gloriosos exitus fama non
occulit, sed maior est uictoriae fides quae oculis approbatur,
ddd. imppp. Ualentiniane Theodosi et Arcadi inclyti uictores
ac triumphatores semper Augusti. dudum fando acceperat
Romanus populus caesorum funera Sarmatarum. at nunc
confirmata est nuntiorum laetitia spectaculo triumphali. iam
minores non sumus uetustatis exemplis. uidimus quae lecta
miramur, catenatum agmen uictae gentis induci illosque iam
pridem truces uultus misero pallore mutatos. stetit harenae
medio subiecta uoluptati, quae fuit ante formidini, et assuetae
armis gentilibus manus gladiatoria instrumenta tenuerunt.
felicem nimis belli istius ducem, qui diuinae clementiae uestrae 2
fretus auspiciis ex hostium numero alios ad securitatem pro-
uinciarum penitus extinxit alios ad laetitiam plebis Martiae
reseruauit. merito illi iudicia uestra respondent, iure in litteris
imperialibus saepe celebratur. neque enim tanta deuotio digni-
orem possit inuenire praeconem. sit uobis frequens usus
ac facilis laurearum; et eos, qui forte ausus impios in Roma-
num nomen extulerint, fortitudo militum capiat, harena urbis
expendat. perpetua haec deuotis ciuibus uirtutis uestrae tam-
quam tributa praestetis.

---

2 uel glebae excusationibus detrahatur **T**: uel excusationibus detrahatur *Gel. sqq.* uel excusatio detrahat *Jur. 2. sqq.* 4 *Jur. 2. dicit Ant. Contium legere* quadrimestris 6 quis *Jur. 2. sqq.* 9 uetus *edd.* rel. 47. Jur. 61. Par. 68. 10 D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Vrb. *edd.* ad Valentinianum Jun. *Goth. ad C. Th. 6, 2, 2.* 11 gloriosus **T** 12 occulis **T** 13 ddd . . augusti (archadi incliti) **T**: D. Imperator *edd.* 15 P. R. *Lect. 2. sqq.* 16 nunciorum **T** 17 lecta *nos:* tecta **T** acta *edd.* 18 mirabamur *Lect.* 2. *3.* 20 et *om. edd.* 21 timuerunt **T** 23 numero hostium *edd.*

RELATIO 48.

Certa officia sunt omnium potestatum. praefecturae urbanae proprium negotium est, senatorum iura tutari, ddd. imppp. quare partium mearum conuentus necessitate allegationibus clarissimorum uirorum iusta poscentium deesse non potui. a quibus pleraque seruitia palatinus Eusebius iussus eruere, ut bonorum Catuli clarissimae memoriae uiri quaestio iudicationibus sacrisque responsis consumpta repetatur, optimatium
2 querimonias, qui dudum partis fruuntur, exciuit. uentum est igitur ad leges executore cupiente, quem contradictio repellebat, inplorataeque uestri numinis sanctiones, quae senatorum controuersias transferri ab urbano foro ad peregrina uetuerunt. sed cum assererem eandem praerogatiuam esse seruorum, quibus supplicantibus certum perennitas uestra detulit cognitorem, responsum est, quod fortunas clarissimarum per-
3 sonarum precatio subtilis incesserit. inter haec cum Donatus assisteret ceteris precatoribus sacro iunctus oraculo, quaesiui, ut mos est, ne eodem nomine alius subderetur, quae hominem condicio haberet, et an ipse de Catuli iudicio supplicasset. tunc ille Hilariani clarissimi uiri seruum professus ab illarum conscientia, quas dicitur obtulisse cum ceteris, alienum se constanter asseruit. atque ita uisa est supplicationis fides
4 etiam de auctore nutare. adiecta sunt alia plena iuris ac rationis, quod post crebras cognitiones et rescripta ad rela-

rel. 48. Jur. 62. Par. 69. 1 D. Theodosio semper Aug. Symmachus Praef. Urb. *edd.* 3 negocium **T** D. Imperator. *edd.* 6 seuitia **T** 8 consummata *edd. cf. C. Th. 11, 30, 37.* optimatum querimonias *Gel. sqq.* queri. opti. *Jur. 2. sqq.* 9 exciui. Tuendum est **T** 10 quem: quae? 11 inploteq; **T** numins **T** 12 transferre *edd.* 13 assererem non eandem *edd. Symmachus respondet, cum seruis illis, qui supplicauerunt, speciali sacro rescripto certus cognitor (prouincialis) constitutus sit, iam praerogatiuae praerogatiua opposita* (cf. C. Th. 11, 30, 18 ex praerogatiua rescripti) *praescriptionem fori non stare. ceterum serui horum senatorum diuersi ab illis sunt, qui delata supplicatione quaestionis redintegrationem meruerunt. quod autem Jur. 2. collata const. 1 C. J. 1, 19 (a. 290) seruos offerendae precis capaces fuisse negat, ibi legitur* 'licet seruilis conditio deferendae precis **facile** capax non sit', *et const. 6 (a. 416)* 'a quocunque liberae conditionis constituto uel **seruo supplicante** impetratum fuerit rescriptum'.
16 incesseret *Goth. ad C. Th. 9, 1, 14.* 18 uti *edd.* eodem ne *edd.* alius scibus deretur **T** 20 illarum precum *edd.* 23 adiecta est *edd.* 23 at rationis **T** atque rat. *edd.*

tionem numerosa poenam legis inciderint, qui denuo contra uetitum supplicauerunt. extant quippe sententiae; quas cum prouocatio temptasset inhibere, consultus relatione diuus genitor clementiae uestrae finem posuit quaestioni. cui uictoriae fiscus accessit emolumentum bonorum Catuli clarissimae memoriae uiri, ut assertum est, pro certa parte sortitus. cum 5
igitur senatorum allegatio rescriptis ac legibus niteretur, maluerunt causam suam uestrae per me aperire iustitiae quam legitimo uindicare iudicio, securi decretorum, quae et necessitate iuris et diui patris ueneratione seruabitis. itaque seruos bona fiducia tradiderunt; quos in praeiudicium absentium post consummationem negotii aequitas temporum, quantum praesumimus, non patietur audiri.

RELATIO 49.

Quid habeat conditionis inscriptio, prae ceteris nostis, iuris publici conditores, ddd. imppp. Ualentiniane Theodosi et Arcadi inclyti uictores ac triumphatores semper Augusti. prouisum est enim, ne quis temere in alieni capitis discrimen irrueret, ut se idem prius poenae sponsione uinciret. secun- 2
dum haec scita legum agens in rebus Africanus accusationem professus Campano et Hygino clarissimis uiris uiolentiae crimen obiecit. continuo, ut seueritas exigebat, reos custodia militaris dissimulata dignitate circumdedit. sed ubi partes sub examine constiterunt, multo luctamine patronorum decursa cognitio oratione magis quam probationibus redundauit. cum longa uerborum serie causa traheretur, summates Ari- 3
cinae urbis, quos ut conscios accusator exciuerat, adhibuimus quaestioni. gestorum ordinem sciscitamur. omnium conuenit assertio nihil turbarum esse conflatum. tunc ad eludendum iudicium praesentia cuiusdam coepit exposci, quem non tenebat inscriptio. eo denique res rediit, ut a partibus Africani accusationis omissio desperatione peteretur. supererat ut

1 plenam T 2 supplicarunt *edd.* 9 securı r *ex* t *corr.* T 12 negocıı T 13 patıemur T
rel. 49. Jur. 63. Par. 70. 14 DDD. Valentiniano, Theodosio et Archadio Symmachus u. c. Praef. Urb. *edd.* 15 p̃ c&erıs nr̃ı T, nostis prae ceteris *edd.* 16 ddd . . augusti (Archadı inclıtı T, DD. *Gel.*): *om. Jur. 2. et sqq.* 19 ut T: ni *edd.* 21 ygıno T, Higino *edd.* 23 dıgnıtatıs T 27 conscıus T 32 dısperatıone T super eat, r *ab ead. m. supra scripta* T

crimine non probato in accusatorem formidata reis poena
4 transiret. sed cum me Africani militia pariter atque incauta adolescentia permoueret, malui iudicium de eo clementibus reseruare. alia est enim conditio magistratuum, quorum corruptae uidentur esse sententiae, si sint legibus mitiores: alia est diuinorum principum potestas, quos decet acrimoniam seueri iuris inflectere. relationi gesta subtexui, partium quoque subplementa sociaui. quaeso augustissimam perennitatem uestram, ut perpensis omnibus sequenda iubeatis.

---

3 clementiae uestrae *Mercerus*. 5 alia est diuinorum **T**: alia diuorum *Gel. et sqq.*, alia Dominornm *Jur. 2. sqq.* 9 uestram aug. perennitatem *edd* QVINTI AUR. SYMMACHI. VC. RELATIONES EXPLICITAE SVNT FELICITER. **T**.

DE TITULIS IMPERATORUM.

De **titulis** *Symmachi relationibus et* praeponendis *et* inserendis *hic agam. In codice* **T inscripti** *sunt hi tituli:* DDDNNN. Ualentiniano theodosio et archadio semper aug. symmachus. uč pfectus urb. *r. 15.* — DDD NNN. *r. 16. 17. 18. 19. 20. 35.* — DDNN. (DNNN. *r. 9. 10. 12)* Theodosio et archadio semper augg. (auggt. *r. 8.* aug. r. 12) Symmachus uč. praefectus urbis (symmachus praefectus urbis. et uč. *r. 7, omisit r. 6) r. 6. 7. 8. 9. 10. 12.* — Dñ. Ualentiniano semper aug. Symmachus (simmachus *r. 1*). uč. praefectus urbis *r. 1. 11. 13. 14.* — Dñ. theodosio semper aug. Symmachus. uč. praefectus urbis (p. u. *r. 3.* simmachus pf. urb. *r. 2) r. 2. 3. 4. 5.* — *relationibus 21—34, 36—49 tituli non sunt praepositi.* — **Inserti** *sunt relationibus in* **T** *hi tituli:* domini imperatores (ddd. impppp. *r. 24. 42. 46. 47. 49)* ualentiniane. (ual *r. 24)* theodosi et archadi inclyti (incliti *r. 12. 24. 47. 49)* uictores ac triumphatores semper augusti (auggg. *r. 12) r. 12. 24. 42. 46. 47. 49.* — dddnnn. imperatores aug *r. 2.* — domini imperatores *r. 1. 4. 5. 8. 9. 10. 11. 15.* — ddd. nnn. imperatores *r. 3.* — domini imper. *r. 6* — domini impppp. *r. 17.* — ddd. impppp. *r. 16. 18—23. (23,9* augustissimi principes). *25—34. 37—41. 44. 48.* — ddd. ppp. *r. 35. 36.* — domini imperatores theodosi et archadi incliti uictores semper augusti. *r. 7.* — domine imperator ualentiniane inclyte uictor ac triumphator semper auguste *r. 43.* — domine imperator *r. 14. desunt in r. 13 et 45.* — *Deinde appellatur* Ualentinianus I diuus parens *uel* genitor numinis uestri *etc. in r. 14. 21. 27. 30. 34. 48 et* Gratianus diuus frater *uel* germanus clementiae uestrae *etc. in r. 3. 4. 13. 29. 34. 40. 41.* — *Insertus denique est relationi (3) de ara Uictoriae in codice Sanct-Gallensi hic titulus:* dñi imperatores ualentiniane theodosi et archadi incliyti uictores ac triumfatores semper augusti. *Haec signa*

atque indicia ex codice Tegernseeensi afferri possunt ad quaestionem de titulis imperatorum soluendam.

Iam apparet titulos praemissos et interpositos pugnare inter se in r. 1—5. 11. 12.; tum formulis diuus genitor numinis uestri *et* diuus frater clementiae uestrae, *quae relationes ad Ualentianum II missas esse demonstrant, non conuenire titulos praemissos in r. 3 et 4, insertos in r. 3. 4. 21. 27. 29. 30. 34. 40. 41. 48. cum denique discrepent inter se non minus inscripti quam inserti tituli, sed earum formularum necesse sit certam quandam fuisse rationem, qui codicem Tegernseeensem scribebat, conuincitur titulos contempsisse et neglegenter scripsisse.* **Gelenius** *qui princeps has relationes edidit in prologo* meam *inquit* operam non memorabo, tametsi aliquid etiam praestitimus: quod ad titulos attinet, uidentur interdum parum integri, opinor quod rubrica scripti fuerint, quae solet facilius quam atramentum senio defluere: ne exemplum sibi putent oblatum, qui more inueterato magis quam probato unum appellant plurali numero honoris scilicet gratia. *in restituendis titulis relationum 1—15 a codice* **T** *non differt, nisi quod relationis 3 titulos (secundum Ambrosii codices?) recte correxit et r. 13 Theodosio praue tribuit. relationibus 16—48 uel Theodosii uel Theodosii et Archadii titulos et praeposuit et inseruit. Prauum Gelenii exemplum qui relinqueret editor non extitit.* **Iacobus Gothofredus** *nonnumquam monuit in commentariis ad codicem Theodosianum plerasque Symmachi relationes Ualentiniani nomine inscribendas esse. ueram rationem inuestigauit primus* **Tillemont** *(Histoire des Empereurs ed. II. tom. V. note XXI sur Théodose I). hunc et Henricus Richter (Das weströmische Reich a. 375—388. Berlin 1865. p. 695) secutus est et ego sequar.*

Constitutiones principum non tantum illius qui subscribebat sed nomina omnium qui tum erant Augusti inscripta habebant. quod ideo fiebat, ut potestas illa qua totum imperium Romanum regebatur, quamuis singulae eius partes singulis principibus commissae essent, una esse uideretur. consentaneum erat praefecto urbis Romae, si quod referebat ad illam potestatem pertinebat, omnium Augustorum qui tum erant nomina relationi inscribere et omnes in relatione appellare. cuius generis mihi uidentur esse Symmachi relationes 3—5. 12. 15—42. 44—49. itaque his censeo praeponendos esse hos titulos: DDDNNN. Ualentiniano

Theodosio et Arcadio semper Augustis Symmachus u. c. praefectus urbis, *interponendos autem hos:* domini imperatores Ualentiniane Theodosi et Arcadi inclyti uictores ac triumphatores semper Augusti. *huic dicendi generi coniunctae sunt formulae:* clementia uestra, aeternitas uestra, numen uestrum *etc.* sinatis, tribuistis, sumite *etc. Sed hae relationes ad Ualentinianum perlatae sunt idemque quid fieret rescripsit. sic relationem (3) Symmachi de ara Uictoriae restituenda siue de idolatria defendenda ad Ualentinianum missam et eiusdem in consistorio de ea re actum esse Ambrosii probant libelli refutatorii, quos de eadem re ad Ualentinianum et simili causa proposita ad Eugenium imperatorem dedit. inde uero, quod idem in priore libello ad Ualentinianum dato eum monuit, ne in responsa secundum petitionem gentilium sacrilegium subscriptionis adiungeret et* certe *inquit* refer ad parentem pietatis tuae principem Theodosium, quem super omnibus fere maioribus causis consulere consuesti, *omnes relationes apparet proprie ad Ualentinianum pertinere. itaque Symmachus quasi oblitus titulorum quibus tres Augustos appellauerat uocauit Ualentinianum I:* diuus parens *uel* genitor numinis uestri *etc. (r. 14, 2. 21, 4. 27, 1 et 4. 30, 3. 34, 4 et 6. 48, 4 et 5) et Gratianum:* diuus frater *uel* germanus clementiae uestrae *etc. (r. 3, 20. 4, 1. 29, 1. 34, 6. 40, 4. 41, 1.) et Ualentinianum I et Ualentem:* parentes numinis uestri diui principes (*39, 4*). *sic etiam sacrarum constitutionum uerba repugnant inscriptionibus (cf. C. Th. 6, 5. in secunda huius tituli constitutione, cui Gratiani Ualentiniani et Theodosii nomina inscripta sunt, alia [6, 7, 1] quae Ualentiniani Ualentis et Gratiani nomina praefert his uerbis laudatur:* Ualentinianus genitor numinis nostri singulis dignitatibus locum praescripsit). *Eadem ex causa Symmachus nonnumquam a plurali numero ad singularem subito transitum fecit. huius generis sunt haec:* numen tuum, clementia tua, sequere, inducas pius imperator, *similia in r. 14, 2 et 4. 21, 2, 4. 7. 34, 4, 6, 7, 8, 11. Gelenius nonnullos hos locos correxit, omnes ego posui integros. neque enim res aut ratione aut exemplo caret. Marcellinus et Faustinus presbyteri cum per totum libellum precum a. 384 ad imperatores datum (ed. Sirmond Paris 1650) imperatores:* piissimi imperatores Ualentiniane Theodosi et Arcadi, gloriosissimi imperatores, *similibus*

titulis appellarent, sub finem (p. 98) haec intulerunt: maxime sub te, religiosissime Theodosi Auguste, qui conspiras *etc. nimirum Theodosium de supplicatione iudicaturum esse sciebant.*

Erat ut praefectus urbis aliquid referret ad unum uel duos ex Augustis. sic r. 9 Symmachus retulit ad Theodosium et Arcadium auctorem atque parentem eorum a senatu honore statuarum equestrium decoratum esse; r. 43 a Ualentiniano petiit, ut hoc decretum senatus ad inuictissimos eius fratres ipso insinuante perueniret; r. 13 nuntiauit Ualentiniano ob decennales imperii fastos a senatu aurum oblatitium promissum esse. omnium Augustorum nomina inscribere a re alienum fuit, sed hac relatione Theodosius et Arcadius appellandi fuerunt, illis Ualentinianus. Praeterea maxime propter auctoritatem codicis **T** *puto pertinere r. 1 ad Ualentinianum et r. 2 ad Theodosium et Arcadium (Arcadius enim praeteriri non debebat), r. 6 ad Theodosium et Arcadium (hic et r. 9 de eisdem donis imperatorum agi uidetur), r. 8 ad eosdem (cf. Goth. ad C. Th. 15, 9, 1. at constitutio, qua senatus consultum firmatur, praefert nomina trium Augustorum), r. 10 ad Theodosium et Arcadium et r. 11 ad Ualentinianum (at cum uacatio a Ualentiniano petenda, Theodosio et Arcadio nil nisi Praetextati mors nuntianda fuerit, relationum 10 et 11 tituli potius commutandi uidentur), r. 14 ad Ualentinianum (quamquam res ipsa ad tres Imperatores pertinebat).*

Quae exposui probantur relationibus Symmachi praefecti urbis a. 418. has relationes, quas in editione a. 1604 Juretus et qui insecuti sunt editores patris relationibus adiunxerunt (ita ut eas nostri Symmachi esse quidam putarent), tu quaeso lege in Baronii annalibus ecclesiasticis a. 418 et 419 (tom. V): inuenies praefectum urbis, qui alias de sacris domini inuictissimi principis praeceptis mentionem faceret, in relationibus duos appellasse: domini imperatores Honori et Theodosi pii felices et inclyti uictores semper Augusti, *neque autem usquam numero singulari usum esse. sed Bonifacius episcopus cum imperatorem appellaret:* christianissime princeps *et* gloriosissime et tranquillissime imperator Auguste, *aliquoties singularem numerum plurali mutauit.*

Heinichen, Dr. **Fr. Ad.,** Gymnasialprorector a. D. und Prof., lateinisch-deutsches und deutsch-lateinisches Schulwörterbuch. Zweiter Theil: Deutsch-lateinisches Schulwörterbuch mit synonymischen und stilistischen, insbesondere antibarbaristischen Bemerkungen. Zweite, neu bearbeitete und durchaus verbesserte, sowie stark vermehrte Auflage. [VIII u. 880 S.] Lex.-8. geh. 1 Thlr. 18 Ngr.

Henkel, Dr. **Hermann,** Studien zur Geschichte der griechischen Lehre vom Staat. [IV u. 168 S.] gr. 8. geh. n. 1 Thlr. 6 Ngr.

Teuffel, W. S., Geschichte der Römischen Literatur. Zweite Auflage. Zweite Lieferung. Bogen 26—48. gr. 8. geh. n. 1 Thlr. 10 Ngr.

Die dritte und letzte Lieferung erscheint im August d. J.

Schulausgaben griechischer und lateinischer Classiker mit deutschen Anmerkungen.

Aeschylus Prometheus nebst den Bruchstücken des *Προμηθεὺς λούμενος* für den Schulgebrauch erklärt von N. Wecklein. [IV u. 148 S.] gr. 8. geh. 18 Ngr.

Ciceronis, M. Tullii, Cato maior de senectute. Für den Schulgebrauch erklärt von Gustav Lahmeyer. Dritte Auflage. [VII u. 68 S.] gr. 8. geh. 5 Ngr.

Homer's Ilias. Für den Schulgebrauch erklärt von Karl Friedrich Ameis, Professor und Prorector am Gymnasium zu Mühlhausen. Erster Band. Erstes Heft. Gesang I—III. Zweite vielfach berichtigte Auflage, besorgt von Dr. C. Hentze, Oberlehrer am Gymnasium zu Göttingen. [VIII u. 137 S.] gr. 8. geh. 9 Ngr.

— · Zusätze und Berichtigungen zum Anhang gratis.

Der Anhang erscheint nicht in neuer Auflage, dagegen werden Zusätze und Berichtigungen zu demselben den früheren Abnehmern gratis geliefert.

Ovidii Nasonis P., metamorphoses. Auswahl für Schulen. Mit erläuternden Anmerkungen und einem mythologisch-geographischen Register versehen von Dr. Johannes Siebelis, Professor am Gymnasium zu Hildburghausen. I. Heft. Buch I—IX und die Einleitung enthaltend. Siebente Auflage. Besorgt von Dr. Friedrich Polle, Professor am Vitzthum'schen Gymnasium zu Dresden. [XX u. 186 S.] gr. 8. geh. 15 Ngr.

Platons ausgewählte Schriften. Für den Schulgebrauch erklärt von Dr. Christian Cron, Professor an dem Gymnasium bei St. Anna in Augsburg, und Julius Deuschle, verst. Professor am Friedr.-Wilh.-Gymnasium in Berlin. Erster Teil. Verteidigungsrede des Sokrates und Kriton. Erklärt

von Dr. Christian Cron. Fünfte Auflage. [XIII u. 140 S.] gr. 8. geh. 9 Ngr.

Früher erschienen:
II. Theil. Gorgias. Von Dr. Julius Deuschle. Zweite Auflage. Neu bearbeitet von Dr. Chr. Cron. 1867. 18 Ngr.
Hierzu als Anhang:
Deuschle, Dr. Julius, Dispositionen der Apologie und des Gorgias von Platon und logische Analyse des Gorgias. 1867. 9 Ngr.
III. Theil. Laches. Von Dr. Chr. Cron. Zweite Auflage. 1868. 6 Ngr.
IV. „ Protagoras. Von Dr. Julius Deuschle. Zweite Auflage. Neu bearbeitet von Dr. Chr. Cron. 1870. 10 Ngr.

Sophokles. Für den Schulgebrauch erklärt von Gustav Wolff. II. Theil. Electra. Zweite Auflage. [VII und 158 S.] gr. 8. geh. 10 Ngr.

Früher erschienen, jeder Theil à 10 Ngr.:
I. Theil. Aias. 2. Aufl. 1867.
III. „ Antigone. 1865.
IV. „ König Oidipus. 1868.

Taciti, Cornelii, historiarum libri qui supersunt. Schulausgabe von Dr. Carl Heraeus, Professor am k. Gymnasium zu Hamm. Erster Band. Buch I und II. Zweite vielfach verbesserte Auflage. [VI u. 292 S.] gr. 8. geh. 15 Ngr.

Früher erschien:
II. Band. Buch III—V. 1870. 15 Ngr.

Neuere Sprachen.

Baues, H., Lehrer der engl. Sprache in Elberfeld, systematical Vocabulary and Guide to English Conversation. Anleitung zum Englisch-Sprechen vermittelst einer das Lernen und Behalten erleichternden Anordnung der Wörter und Redensarten mit besonderer Berücksichtigung der Synonymik des neueren Sprachgebrauchs. Für Schulen und zum Privatgebrauch. Dritte Auflage. [X u. 296 S.] 8. geh. 18 Ngr.

[**Molière**] Le Tartufe, comédie de Molière, mit einer Einleitung und erläuternden Anmerkungen herausgegeben von C. Th. Lion, Dr. phil., Rector der höheren Bürgerschule zu Langensalza. [IV u. 182 S.] gr. 8. geh. 22½ Ngr.

Shakespeare, William, Macbeth. Erklärt von Wilhelm Wagner. [L u. 116 S.] gr. 8. geh. 18 Ngr.

Ueber nationale Erziehung. Vom Verfasser der „Briefe über Berliner Erziehung". [VIII u. 231 S. mit 2 Tabellen: „Entwurf eines Lectionsplans für Gymnasien und für Mittelschulen".] gr. 8. geh. n. 1 Thlr.

Die vorliegende Schrift ist nicht bloss für Pädagogen von Fach bestimmt, sondern wendet sich an die gesammten gebildeten Kreise der deutschen Nation. Sie bespricht die Lehrmethode auf den Universitäten, den Gymnasien und Mittelschulen, während ein Anhang der Mädchenerziehung gewidmet ist. Wie desselben Verfassers „Briefe über Berliner Erziehung" durch schonungslose Darlegung der Mängel unseres heutigen Erziehungswesens allgemeines Aufsehen erregt hat, so wird diese neue Schrift mit ihren Vorschlägen zur Besserung gewiss auf allseitige Beachtung rechnen dürfen.


3 2044 019 848 894

